

Petrus de Mal.

Collectaneum  
Rerum gestarum et eventuum  
Cartusie Brucellensis  
cum aliis externis tum Patrie tum Ordinis.

Volumen quartum

Anno Domini 1632.

Hæc omnia mutantium rerum mala (ut ita  
dixerim) quotidianæ mortalium mortes, ad veram  
et permanentem æternitatis vitam nos mittere de-  
berent Otho Frisingensis . . . . .

Memor fui iudiciorum tuorum a seculo Domine  
et consolatus sum (Psal. 118, v. 52). Quod de divinæ  
justitiæ editis exemplis sine de iudiciis explicat Paulus  
Burgensis.

Quid enim historia in hac vita non dico jucundius  
sed etiam utilius existimari potest cum illa nihil  
aliud sit, quam vitæ optime instituendæ exemplisque  
aut confirmandæ aut corrigendæ nitidissimum speculum?  
Genebardus . . . . .

Quamvis conscientiam puram apud Deum nos habere oporteat, tamen et apud homines famam optimam custodire convenit. Concilium Colletanum 4, c. 21.

Est enim virtus non major, pulchrior tamen, illustriorque efficitur bona fama, S. Bernardus in Cantica, sermone 71 et libro 4 considerationis c. 4. Famæ, inquit, provideant. (Prælati) sui non invident aliënæ.

Vive Deo Vive æternitati.

Cranquillus meminit ab Augusto filiam ac neptes sic institutas ut retaret loqui aut agere quidquam nisi propalam, et quod in diurnos Commentarios referri posset: sic instituantur juvenes et virgines Christi talibusque legibus doceantur vivere vel loqui ut ab eis dicta in libros referri possint.

nec enim potest quidquam abjectum et humile cogitare, qui scit semper esse de se loquendum, et contempta fama contempti virtutes docet. Tacitus, lib. 4.

Exempla ab aliis facta esse ostendunt ea quæ suadentur, animumque mirifice erigunt, dum videt non nova, non humanis viribus vel eventibus majora proponi.

Sed sunt nonnulli, qui generosa heroum facinora meditari videntur et magna de se promittunt, sed cogitationes eorum mera sunt vigilantium somnia. Cum enim fatalis hora mortalitatis hujus soporem discussent, nihil in illis generosum, nihil viro dignum reperitur, nullæ perdomitæ cupiditates, nulla de seipsis victoria nullus de mundi fastu, carnis illecebris cacodæmonis insidiis triumphus.

Omnia quæ facimus veluti in tabula picta per partes expressa cernuntur; neque ea solum quæ in opus proruperunt, sed etiam quæ sine affectu operis in animi tabula inscriptæ fuerunt cogitationes. S. Basilus.

Venerabilibus ac religiosis Patribus presentibus pariter ac futuris Car-  
 tuse Domine nostre de gratia in oppido Bruxellensi post  
 presentis vite agnem eterne glorie coronam a Christo  
 Agonotheta accipere precatur omnium minimus servus  
 J. Petrus de Wal.

Tria volumina Collectaneorum meorum de historia precipue  
 domus hujus et sacri Ordinis Cartusienis futurae posteritati dedi-  
 cari, nunc quartum et postremum aggredior, quod ne ab-  
 solvere quidem promittere queo, nam imbecilles animi et  
 corporis vires satis michi persuadent me non usque in se-  
 nectam et senium victurum. Ideo Venerabiles Patres et fratres  
 in Christo carissimos in presentiarum alloqui libuit, quia tantis  
 insuper argemur malis et tantis undique inimicis circum-  
 vallamur, ut dubitemus si in hac domo posteros et successores  
 sinus habituri. Præpotens inimicus Hollandus semper instat, et  
 ab ipso ex amplissimis civitatibus et provinciis Belgicis  
 pellimur, ex septentrionali plaga advenit rex feræ Go-  
 thorum et Vandalorum et totam Germaniam pervasit, rede-  
 gitque sub tributo et imperio suo, ac fines nostros pene  
 attingit, cum quibus inimicis rex alter nec minus potens  
 colludit, et sortes mittere dicuntur quid quis accipiet sibi  
 in hereditatem et possessionem æternam, ut domum Austria-

Tremant quantum volunt, et possunt omnes immundi spiritus, et per-  
 secutiones moveant omnes reges terre Ecclesia Christi (quæ hic peregrinatur) ad  
 terram promissionis secura perveniet, et supra omnes celos aliquando constituta  
 felicissime in æternum regnabit. Hinc unica cura et sollicitudo nobis  
 esse debet ut in numero electorum Dei inveniamur. Tigitur per patientiam  
 et consolationem Scripturæ spem habeamus, animoque atollamus scientes  
 nos Deo esse curæ, ejusque et celestium amoræ affirmati, nihil metua-  
 mus, mortem etiam et tormenta despiciamus; et etiamsi fractus illa-  
 batur orbis, imprecidos feriant, ruina.

cam et Hispanorum potentiam extenuent, vel exterminent, et  
 ultra non extimescant. Verum enim vero si putant, adversus  
 Ecclesiam et Christi regnum prevalere, Qui habitat in caelis  
 iridebit eos et Dominus subsannabit eos. Nec nos debemus  
 succumbere his malis, qui scimus nos non habere hic civi-  
 tatem permanentem sed futuram inquirere, et quod  
 vita nostra sit hominis militia super terram, certemus ergo  
 bonum certamen fidei, apprehendamus vitam eternam, in  
 qua vocati sumus et confessi bonam confessionem coram  
 multis testibus, nos scilicet renunciare mundo mundi vo-  
 luptatibus et divisibili vitae inquit S. Dionysius cap. 6 Eccles.  
 Hierarchiae. Bonus enim monachus contra peccata et vitia  
 omnesque mundi illecebras et concupiscentias aequae ac  
 tenores et persecuciones gentilium et hereticorum in hac  
 vita decertat, moriar potius, inquit quidam, quam  
 fugiam, pulchramque vitam per vulnera mortem, et  
 haec est victoria nostra, quae vincit mundum fides nostra  
 inquit S. Joannes epist. 1, c. 5. Merito impii in tenebris  
 condicescant, qui futuram vitam non inquirunt, qui  
 nec eam esse suspicantur aut certe eam adipisci despe-  
 rant, hinc semper in hoc mundo requirunt, quo animus  
 Adversarum gaudere possit. Interdum etiam usu venit ut quandoque  
 rerum sensus, pro nimia afflictione vir alicuius bonus proximum et vici-  
 felicissimo civem non alloquatur prout scribit Baronius Guilielmum  
 que acerrimus Cyprium Historiae de bello sacro finem imponisse ac ma-  
 num de tabella sustulisse quod videret Christianos hostibus  
 terga vertere ac e terra sancta expelli. Imo recenter post  
 imperium invictissimi Principis Caroli V dum haeretici ubi-  
 que prevalerent vix erat quisquam catholicus qui sui

Sicutur historiam scribit cum religione conjunctam: nec desunt ex omni  
 statum nationumque censu perplurimi, qui sacerdotio praediti militaria  
 haec argumenta litteris tradidere, Moses, Perosus, Josephus, Euseb. Ctes.  
 Crocius, Mel. Cir. Jovius Bombus, Mariana Haefius et Strada.

temporis historiam conscriberet: hinc Laur. Iurii noster zelo fidei catholice accensus genus hoc reptionis in se vel invitus suscepit, cupiens christiane juventuti e manibus eripere commentarias illas fabellas Carionis et Pleidani, qui de progressu suarum sectarum sibi applaudebant; in quos sectarios egregie stinavit calamum predictus Iurii, quod non ferens quidam hereticus genere nobilis, eum in propria cellula convenit, et primum videri volens viri boni fungi officio reprehendit quod rem parum Cartusiano dignam faceret, quod dum cum jurgio improperaret furore exardescens gladium exeruit ut illum percuteret, sed nescio a quo prohibitus furens et blasphemans claustro exiit cui Pater velut alter anachoreta\* tyramo dicere potuit: tu excitasti incendium quod extinguere mihi incumbit. Non igitur quia instant mala tempora debemus prohibere manum a calamo: quia alias virtutes multorum, quae maxime clarent adversis (nam discamus et Sanctorum invidiam inquit Ambrosius lib. de Josepho c. 1, ut imitemur patientiam) consilia prudentum, per quae difficillimi casus explicati sunt; providentia Dei non modo per externas sed et per intestinas prospere vehens procellas, obruenda essent tenebris: hinc videmus sacram Scripturam adversos aeque ac prosperos casus et eventus populi Israelitici enarrare, misericordiam, inquit Psaltes, et iudicium cantabo tibi Domine: et tempore persecutionis Summos Pontifices constituisse notarios qui gesta Martyrum sollicite perquirerent, etiam tunc praegnantiora solent edi virtutis exempla: prosperitas enim dat

\* Is Aphraates monachus erat qui eremo exiit in urbem ut Arianis resisteret. Cumque Valens Imp. eum arguerat dicens monachi esse solitudinem, respondit: Te ipsum reprehende, qui flammam in domum Dei injecisti, non me, qui egressus sum ut eam extinguam testis est Theodor. in Philotheo.

occasionem superbiae, delictis, licentiae, audaciae, et aliis id genus ma-  
 lis: adversitas vero reddit homines humiles, castos, patientes (Tri-  
 bulatio) ut ait Apostolus ad Rom. 5, patientiam operatur. Huius-  
 modi exempla et Athanaturga a patribus et dominis meis ex-  
 pecto, quibus non tantum hoc volumen, sed et plura poterunt  
 repleti, si adsit qui ea describat, revera majus miraculum est  
 (ut disputat Nesteros abbas apud Joan. Cassianum collat. 15, cap. 8)  
 de propria carne fomitem luxuriae eradicare, quam expellere im-  
 mundos spiritus e corporibus alienis, et magnificentius signum  
 est, virtute patientiae truculentos motus iracundiae prohibere,  
 quam aeris principatibus imperare: plusque est exclusisse  
 edacissimos de corpore proprio tristitiae morbos, quam valetu-  
 dines alterius febresque corporales expulisse: postremo multis mo-  
 dis praeclearior virtus sublimiorque profectus est animae pro-  
 priae curare languores quam corporis alieni. Vide collat. 12,  
 cap. 12: neque ita suscepti aedificia hujus domus quae interire  
 Ait S. August. protest. describenda, nec reditus commemorandos, quos in re-  
 ista omnia quae virtus industrii Procuratoris videre licet sicut nomina et  
 Ecclesiae ad beneficia benefactorum et confratrum nostrorum et quae Deus  
 necessitates ser. in eis aut per eos operatus est. Neque me ita astrinxi ad  
 mentium Deo hanc domum, ut ea quae in aliis gesta novi ingrato si-  
 dantur a domi. lentio pertransirem, proinde sicut de omnibus ita omnibus scri-  
 ptibus nihil esse pos. qui militamus sub uno duce S. Brunone, cujus precibus et  
 nrae foenum meritis Deus exoratus dabit meliora Germaniae et afflictae Ital-  
 quia carnalia quae nostra, prout hactenus vidimus Colonienses meritorum  
 sunt, et ad tem. ejus magis peculiariter esse participes, quam si sanctus  
 pus apparentia. hic aut in Africa, aut in Schythia, aut in India natus fuisset,  
 set, neque enim fieri potest quin sanctorum propinquitas

aliquid habeat prerogative, nam de Patribus qui nos per prophetiam vel Evangelium Christo genuerunt, scriptum est: Hi sunt viri misericordie, quorum justitia oblivionem non acceperunt, cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum, et in testamentis stetit semen eorum, et filii eorum propter eos in eternum manent.

Exhortatio ad. Hujus sancti Patris nostri dignos filios rursus et vehementer scribendum huius rogo, ut historice curam habeant, longum iter est, praestoriam domesticis mores informare breve et efficax per exempla et maxime domestica, Scribantur haec, inquit divino Spiritu afflatus S. David, in generatione altera, et populus qui creabitur laudabit Dominum, et Jesus Syrach Eccles. 44: Laudemus viros gloriosos et parentes nostros in generatione sua. Quid est ergo quod simplicitati Ordinis adversetur et jam nihil scriptis mandatur, nisi ignavia nostra? neque enim est tam misera Ecclesia quae non habeat matriculam in qua describentur nomina et dies natales et emortuales subditorum: quin etiam dicit S. Antonius eremitarum pater, ut ipsa peccata nostra scribamur, ut vel sic timore ne prodantur ab eis abstinemus. Dico ignaviam nostram pretendere velamen simplicitatis et humilitatis, quasi a proposito nostro alienum sibi facta majorum memorie aut, litteris mandare, cum videamus vitas Patrum et Eremitarum, qui in extrema solitudine vitam egerunt, esse conscriptas, et S. P. N. Brunonem ex Gallis requisivisse vitam S. Romigii, nec non in extremis constitutum convocatis fratribus suis ab ipsa infantia singulas aetates suas replicasse et totius temporis sui cursum scientia et sententia dignum proclamasse. Item

R. P. Guignonem legislatorem nostrum vitam S. Hugonis episcopi Gratianopolitani conscripsisse et denique extare chronicon majoris Cartusie, quam ut matrem alias domos decet imitari. Nec fuit, nec erit enim litterarum iners et sterile; quo non laudentur boni, placet enim Romani philosophi judicio suapte natura: atque gratiosa virtus est, ut, insitum sit etiam malis probare meliora. Adde reipublice incolumi-

Quid tam fasti conducere plurimum, eam non celari. Non sine ra-  
indignum quam tione, ejusdem sententia, sacra est magnarum virtutum  
 ejus beneficium cui memoria, et esse plures bonos jurat, si gratia bonorum non  
 vitam, et salutem cum ipsis cadat. Quid vero minus gratiarum possumus  
 debeas, ne grata rependere quam meminisse?

quidem memoria Pergite prohi religiosi et prædecessorum vestrorum vestigiis  
 recolare insistite spiritum primæ institutionis et observantiam religio-  
sarum legum, quam mordicus tenuerunt, colite. porro et  
ad posteros vestros transmittite. Bonus ille Deus qui dele-  
 tum per bellorum tempestates domus vestre decorem re-  
 stituit; illius etiam curæ erit tutari deinceps amplius  
 solidiusque ille est.

Qui Aeriam inertem, qui mare temperat,  
 Ventorum et urbes, regnaque tristia  
 feliciter, si serviatur fideliter. Pulehne olim quidam Romanus:  
Omnia prospera eveniunt. colentibus Deum, adversa spernentibus.  
 Sed quidquid tandem eveniet, aut permittet Deus (surpenta et  
 suspecta adhuc res est) non privabit bonis eos qui ambulavit  
 in innocentia.

Debemus et benefactorum memoriam religiose colere, neque  
 enim, ut pie docet Joannes Molanus, gratus et christianus ani-



mus nunquam eorum obliviscitur per quorum beneficentiam in <sup>studio</sup> pietate et sapientia profecit. Quapropter religiosi ut gratiam referrent, bene meritis, ~~amissas~~ defunctorum curas pro se suisque posteris instituerunt, eos nova quotidie repetita memoria Deo commendantes ut fenerantibus sibi multiples restituant, usuras in benedictionibus beatitudinis.

In conclusione Cui. Has longas ambages paucis P. Gerardi verbis comprehendam atque ginum Cartusiarum concludam. Hoc unum petimus a Patribus qui nobis superstites Belgii. victuri sunt ut deinceps si quid futuris temporibus memoratu vel notatu dignum viderint intra domesticos parietes, notetur id fidelius, scriptoque consignetur, ut posteris notitiam habeant, aliquam rerum domesticarum et sciant, quid debeant bene meritis Patribus, fundatoribus et fautoribus Ordinis nostri, ut habeant insuper exempla virtutum, et incentiva meritorum, aliaque in utramque partem que vel consectentur vel fugiant, documenta morum; nam et calamitatum facti nominibus prin-

Hos rationes in cipum notantur. Secularia nihilominus multa simul conjunxi. superioribus volumi- non ad rerum confusionem sed elucidationem, et memoriam nibus positas in juvandam, cum lector recordatur tunc hoc in monasterio fa- memoriam lectoris etum esse dum in seculo aliud celebre evenit, et multum fa- revocare soluit, ut citi ad rei elucidationem dum scribitur\* qua tempestate quo ve- scriptionis tenorem statu patrie quodque gestum sit. Preterea me omnium debi- prosequeretur. sorem feci, et secularibus etiam prodesse studui, nusquam historici majorem messem colligunt, quam ex Archivis monaste- riarum, in quibus rerum monumenta et fidelius scribuntur et melius custodiuntur neque per unius mortem dissipantur sed perennant, saepius in posterum. Volui igitur pro modulo meo

\* Ipsa facta Evangelica Lucae 3 capt. exacte anno quinto decimo im- perii Liberii Caesaris, praefecto Provinciae, tetrarchis et principibus sacerdotum consignantur. Et certe ita est humanus animus ut difficulter quid credat, nisi, ubi et quando gestum sit intelligat.

antiquorum Patrum vestigiis insistere, ut habeatis quo de republica bene meritis gratificari possitis non haec alienis manibus tradendo (vobis enim dumtaxat scripta sunt) sed excerpando quae utilia illis videbuntur nec alibi forte notata. Id solum cum Phocione restat dicendum, si mali quidpiam scripsi imprudens ad caritatis limam reducat: Quod si etiam aliquod laude dignum protulerim id tamen non mihi adscribendum est sed Domino, a quo est omnis donatio et omne donum perfectum.

Requiescat in pace.

Hoc mihi munus dabit cum de praesidio hujus corporis et vestro sanctissimo consortio anima discesserit.

1619

Amor meus Jesus meus et omnia

Annus Domini 1619 feliciter incipit, imperii archiducum Alberti et Isabelle principum Belgii eo restituta civitatis Bruzellensis 24 proximo martio.

In nomine Celebravimus festum Nominis Jesus 14 Januarii, primo videlicet S. N. J. die post octavas Epiphaniae quae incidebant in Dominicam, Christi Naza. quae prima post octavas numeratur maxime quod sequenti veni inchoa-Dominica responsoriae necessario essent inchoanda et dies se-  
 timus quartum quentes occupabantur aliis festis S. Agnetis, Vincentii. Et P. Visi-  
 hoc volumus. tator reliquerat arbitrio P. Prioris quo vellet Die festum ce-  
 Et a B. Pathelebraret, videtur Prior proprium diem elegisse quem voluit  
 Prumonice. et a Conversis etiam observari quibus non minores quam no-  
 bis gratiae agenda sunt pro professionis gratia quae huic no-  
 mini merito attribuitur

Hoc tempore P. Visitator plerumque Priorem nostrum assu-

melat in socium pro negotiis Provincia peragendis cum quo se  
contulit Heeckliniam a PP. Anglis vocatus.

23 Februarii ad Luperos migravit V. P. D. Petrus Bruno Lusitanus  
protomonachus professor et alias Prior Scalzæ cœli in eodem  
regno, qui fuit sane multis virtutibus exornatus optimusque  
Cartusianus. Post paucos dies quædam herba sylvestris e medio  
sepulture illius exorta est, quæ in quatuor ramos divisa non sine  
maxima omnium tam virorum religiosorum quam secularium  
admiratione quæ ejus sepulchrum pretiosissimo illo crucis signa-  
culo pulchre ac mirifice decoravit.

Non heu! est 3 die ejusdem mensis Februarii dominica Sexagesimæ apud  
hic S. Petrus de nos monasticam vestem induit multis secularibus presentibus,  
Leon qui dedit S. Petrus Alvarez d'Almas Bruxellensis patre Hispano. Fuit ab  
initium novæ infantia hic nutritus et educatus in vicinia apud unam viduam,  
domui et tertio et hanc domum assidue frequentavit; ad ejus receptionem  
volumini nostro P. Prior non erat inclinatus, quamvis aliquot monachos ha-  
beret sibi faventes, et preces Domini Spinosa et aliorum His-  
panorum rejecisset sicut et uxoris S. Ludovici de Velasco  
Comitis de Salassar generalis præfecti Equitum regis catho-  
lici: Tandem ipse Comes debuit loqui qui P. Priorem venien-  
tem multo honore suscepit, et auctoritate sua atque argu-  
mentis animum S. Prioris expugnavit, quod multis beneficiis  
ab Hispana gente fuisset affecti et recipere filios Hol-  
landorum qui nostram patriam devastarent; multi vere-  
bantur eum ex necessitate magis quam ex pietate locum  
petere: tamen hæcenus non male audierat, nec erat quod ob-  
jiceretur ei præter pueriles defectus.

F. Regidius Com-  
versus.

17 Februarii dominica Quadragesimæ S. Prior injunxit fratri

Aegidius Converso et sartori curam sacelli anterioris, quod munus satis sedulo obivit procurando paramenta.

Eodem mense fuit positum quartum tabernaculum pro P. Joanne Baptista in ambitu liberalitate Domini Gaillard, advocati; qui adjecit et motum emere plantandam in cemiterio, minus quidem beneficium, sed forte non minori affectu collatum.

L. Judocus 22 Februarii sabbato quatuor temporum Quadragesimæ D. Ghindertalen docus Ghindertalen suscepit ordinem subdiaconatus Brucellis in Peginagio.

Eodem die post prandium honestus juvenis Joannes Smidh filius notarii civici qui ab ineunte pueritia hanc quoque domum frequentaverat, ad quam etiam nunc properabat, volens invisere cognatum suum sacristam in vicina platea subitanea morte interiit: bene comederat adhuc in prandio sed laborabat palpitacione cordis, nec permiserat mater eum animi. Sentiens se deficere divertit ad mulierem quæ nebat in ostio domus suæ, sed in ipso lumine cecidit et mox expiravit. Bene quidam sapientum monet: Non vivitur unus dies bene, nisi tanquam postremus vivitur.

V. Prior in principio Quadragesimæ pie omnes admonuit ut sacrum hoc tempus omni devotione transigerent, et abstinentias Ordinis strictius servarent et quia potabili aqua destitueremur, concessit generalem licentiam bibendi cervisiam, qui de cetero sic abstinentiam servarent, obstaculum in fenestris apponerent, ne pitantia ministraretur.

8 Martii Mathia Cesare et Ferdinando Bohemia rege Viennæ agentibus Carolus Gonzaga dux Nivernensis et alii septemdecim primaria nocte proceres in ea urbe instituerunt ordinem

Equitum militie christiane sub patrocinio Sejpare contra Turcas et alios christiane religionis hostes, sed nullum ex eo ordine effectum vidimus.

23 Februarii hic Bruxellis Sua Celsitudo regales in sacello palatii sui fecit exequias imperatrici.

4 Martii Imperatoris legatus audivit in nostra ecclesia Missam comitatus Domino Vincher, et promisit dare fenestram in ambitu ex parte imperatoris Mathie cujus insignia fuerunt, apposita, sed cum non solveretur sub finem anni 1631 fuerunt, amota et Domini Baronis de Liquez apposita.

Cæs. Majestatis  
excessus.

Interim Deus omnipotens ex immutabili suo consilio et voluntate Perenissimum hunc et potentissimum principum D. ac D. Mathiam electum Rom. imperatorem sana mente et fide præditum magno reipublicæ malo 20 Martii inter octavam et nonam matutinam Viennæ in Austriæ metropoli ex hac caduca et temporalis vita evocavit anno ætatis 62.

Paulo ante excessum Cæs. Majestatis tres arcus caelestes et tres soles apparuerunt. Eodem tempore regina Angliæ Janica uxor Jacobi regis ultimum vitæ diem clausit.

Rursus archidux Albertus debuit novas instaurare exequias pro suo fratre imperatore, et magnæ expensæ factæ sunt in excipiendis legatis regum Franciæ, Angliæ et aliorum principum qui veniebant ad consolandum eum velut fratrem unicum et superstitem ac heredem imperatoris. Accepta possessione archiducatus Austriæ per D. Leopoldum, tandem resignavit in manus Ferdinandi regis Bohemiæ patruelis sui, suppellectilem vero fere omnem in pios usus et ornamenta ecclesiæ convertit.

Chronostichum in obitum D. Mathie Imp. 1619.

Vera solit et solit Mathias gloria Cæsar

Cæsa solis. et solito fliente Cntog Ve la Ceh.

3 Aprilis V. Pius intellexit ab Hispanis qui D. Petrum Al-  
 varex promoverant, suam Celsitudinem adprecisse quadringentos  
 D. Joannes florenos recentis datis superiori anno, pro perficienda cella  
 l'Apostole primus litterae D. quam inhabitare cepit hac aetate P. Joannes  
 professor hujus do- l'Apostole primus professor novae domus.

mus.

9 Aprilis post Pascha celebratum fuit festum Annuntia-  
 tionis Domini. Nec tamen sic praecavit Provincialis Carme-  
 literum ne in die festo tumultus fieret in populo, sed  
 voluit praefecturam suam prolongari et ratam haberi contra-  
 dicentibus religionis, qui ad sonum campanae populum advoca-  
 runt, et conciterunt tam in Provinciale quam in semet-  
 ipsos et Nuntium apostolicum qui dicitur conscius, qui ideo  
 brevi in Italiam reversus est.

Sapientis lectoris erit non mirari si homines cujuscunque  
 propositi sint interdum labantur et peccant: cum mirum sit  
 magis si homo peccato careat, quam peccatum aliquod affe-  
 ctet; et ideo permittit Deus palam quandoque fieri, ut homo  
 confundatur et poeniteat. namque rectitudinis majori favore  
 amplectatur. Inimici Hollandi de hac discordia publicas  
 egerunt comedias, sed de sua propria lugubres revera trage-  
 dias exhibuerunt ut paulo post referemus.

Pecio quae furia hoc anno prodierat, ex inferno et dira  
 Regera, quae non solum res domesticas pauperum sodalium  
 sed et aulas principum, integras civitates et provincias turbavit,  
 sedebat forte homines tranquilla pacis, res novandae erant,  
 et semina belli jacienda; quod Deus saepe immittit pro-  
 pter peccata nostra unde recte admonet S. Augustinus: Si  
 pacem temporum desideramus concordiam cum proximo <sup>habere</sup> tenere  
 studeamus.

Hoc ipso anno, die 12 Februarii, Albertus Belgarum princeps Garciam Peregiam (quem ut fortune pullum Larmæus et Calderonius nuper mirifice excecavit, et in Belgium miserant) ex urbe et aula Bruzellensi abire jusserat. Ipse Rodericus Calderonius marchio VIII ecclesiarum jussu Philippi III regis catholici (apud quem mire fuerat, multis annis gratus) die 20 ejusdem mensis februarii in vincula conjicitur, et de variis criminibus accusatur.

6 seculum feræ Lejanorum eidem infestum. Gallia certe Concinium cum conjugæ, Britannia Essexium et Lomersetium, Batavia Barneveltium cum sociis, Germania Cleselium, Hispania Calderoniam et Lamæum cum liberis velut fortune ludibria in orbis theatro spectanda proposuit. Ideo Aeneas Syllius qui fuit Papa Pius secundus sapienter dixit: Lubricum esse primum apud reges locum.

Maria Medicea Gallie regina, quæ post eadem Concinii Concinii Marchionis Acrensis ad arcem Blesensem velut in insulam fuerat relegata insigni stratagemate mense Martio inde clandestinè se subdidit et Engolismam se contulit. Ab 3 Martii anno 1617 Blesis mansit usque ad 12 Februarii hujus anni 1619 quo nocte circa decimam clam cum comite Premosio suo hipparcho et duabus feminis Italicis ex gynæceo per ostium in hortum arcis descendit, et omnes per scalam ex funibus contestam usque, ad fossam se dimiserunt, regina ante oppidum ab archiepiscopo Cholozano ducis Espronii filio cum aliquot equitum centuriis excepta ad oppidum maritimum deducta fuit.

Hinc bellum postea eratum inter ipsam matrem et filium Ludovicum XIII quod paucis postea mensibus est compositum adlaborante imprimis P. P. Petro Perulio presbyterorum oratori

in Gallia fundatore.

Cum superiori anno duce Sabaudie pace cum rege Hispaniarum facta per marchionem Calvanum, quem cum splendido comitatu in Galliam miserat, matrimonium inter filium suum Victorium Sedemontii principem, et regis Gallie sororem quindacim tantum annos natam contraxisset, nuptie hoc anno Lugduni magnifice peractae fuerunt.

Cum multis  
Metis.

Cives Metenses qui cogitaverant de marchione Valettano Exprionii filio ejiciendo et arces Metensi occupanda, ab ipso preventi fuerunt. Valettanus enim stramenta ex arce contra urbem direxit, et milites conductos in arcem recepit qui magno furore ex ea in urbem irruentes prater arma facem ardentem manu sinistra, et sub brachio sinistro facem straminis tenebant securi cingulo alligata, atque ita civibus cedem et incendium imitati arma deponere coegerunt.

Consecratio

Annus hic apud nos etiam satis sterilis et insuavis pertinet altaris in Sehent sunt, nihil fore jucundius accidit quam consecratio altaris in Sehent quae contigit 16 Aprilis in octavis annuntiationis Dominiæ post Pascha translatae, et secunda die nostrarum minutionum quam gratia eo nos conferre potuimus et manus adiutrices præbere seu locum clericorum supplere. Advenit archiepiscopus Metelnensis Mathias cum suis capellanis et servitoribus et illud altare consecravit ad honorem Dei, B. V. Mariae, et omnium Sanctorum et reposuit sub eo reliquias S. Rumoldi episcopi et martyris concessitque Indulgentias (40 dierum) in festis B. Virginis et omnium Sanctorum ac S. Rumoldi, peracta consecratione Rivam celebravit. D. Joannes a Blitterovvyele sacrista noster presente archiepiscopo, Priore nostro et aliis domesticis fratribus quibus rursus archiepiscopus benedixit dum sacello (quod



audabat, egredieretur, P. Prior illi mercedem magnam nimis in celo precabatur, neque enim voluit seculares advocari aut convivium celebrari quod senex quiete gauderet, et indigeret carnis vesci; nos autem hora secunda pomeridiana reversi a spatamento prandium sumpsimus P. Priore nobis gratiam praebente, cum quo in Scheut etiam canticum Te Deum cantaveramus post archiepiscopi recessum.

29 Aprilis et sequenti celebratum est Capitulum generale in Cartusia.

Obierunt 56 monachi, 27 Conversi, 8 Donati, 6 Moniales: personarum 97, ex his nullus habuit monachatum.

Obiit admodum Illustris Domina Maria uxor Illustrissimi Domini D. de Bichelieu exercituum regis christianissimi marescalli, quae habebat filium in Ordine nunc cardinalem S. R. E.

#### Ordinatio Provinciae.

Priori domus Monachorum Brugis non fuit misericordia. Et D. Joannem Paronage professum domus Lovanii ibidem a Visitatoribus super annum in Vicarium constitutum confirmamus, in quo officio jam a multis annis perseverat.

Priori domus Sylvae S. Martini non fuit misericordia et D. Joannem d'Anthine professum domus Lovanii ibidem a Visitatoribus super annum in Vicarium institutum confirmamus.

In carta hujus anni 1614 habetur secundo loco D. Joannes Revellen Prior domus Mohlemensis, quem postea intelleximus miserere homicidam fuisse a proprio nepote quem gratis aiebat in studiis ut spoliaret, cum pecunia recenter accepta Strasburgo, spoliatus, et vita ictu mallei dato in fronte, laqueo impius imo parricida metu conturbatus dimittit pileum nec integra positus pecunia fugit cum socio qui dicebatur magus et hic quidem aufugit, sed

nepos in manus justitiae incidit  
atque in rota positus, delictas luit poenas  
cum facti poenitentia, juvenis an. 22

Quid non mortalia pectora cogis  
Auri sacra fames! auro venalia jura  
Auro venalia sacra.

D. Martinum professum et Procuratorem domus Leodii a conventualibus dictae domus in Priorem electum confirmamus; predecessor enim turpiter loco et officio cessavit, antequam misericordiam obtinuisset, a Reverendo quem, sicut et conventuales magis Cartusiae (erat enim illorum comprofessus) non mediocriter perturbavit audita causa cessionis. S. Gaspar Grammaei revertatur ad domum Lovanii professionis suae.

Priori domus Lovanii non fit misericordia et S. Joannes Anselmus revertatur ad domum Leodii suae professionis et S. Philippus Belprior revertatur ad domum S. Audomari suae; hi enim Leodio propter Priorem absolutum fuerant dimissi sicut alter senior professus domus Leodiensis qui erat in S. Audomaro.

Capituli 40<sup>v</sup>

Die 6 Maii finitur pseudo-synodus Dordracena, et Arminiani seu remonstrantes vel heretici a Gomaristis seu contraremonstrantibus damnantur. Praeter Gomaristas (quo nomine designantur puri <sup>puti</sup> calviniani per Hollandiam) dictae pseudo-synodo per deputatos suos subscripserunt Genevenses, Heildbergenses, Harpurgenses, Bremenses, Emdani, Nassoviani, Ciquirini, Bernenses, Basileenses, Lashuisiani, et Georgius pseudoepiscopus Laudanensis in Anglia, ex quibus tamen plerique si non omnes domi collegas habent aliter sentientes, o discordem et novatoribus dignam concordiam.

Opinio Goma. De Gomaristis Lucifer fuit gavisus, quia aliqui in mundo auctarum absurda dicit, quod Deus aliquas animas damnet ex solo suo beneplacito, non quia penas inferni meruerunt, sed quia ipse ita vult. Hinc aliqui existimabant (ut Lucifer sibi persuadet) Deum angelos malos quoque e caelo dejecisse in infernum ex solo beneplacito suo, et sine ullo illorum

demerito. Et quandoquidem Deus aliquas animas secundum Gomarist  
 expresse creat, ut Luciferi eas habeat, poterit mundus presumere ha  
 fieri ex delicto et obligatione qua illi Deus satisfacere tenetur ob  
 injuriam illi inrogatam etiamsi Gomaristae non exhibeant copiam  
 contractus.

Judas etiam sperat pro se apologeticum ex synodo Dor-  
 draecena vel saltem ex canonibus synodi illius aliquem  
 collecturum apologeticum. Cum enim praedestinatus esset, facere  
 quod fecit, et ex seipso non haberet liberum arbitrium nihil  
 nisi voluntatem Dei adimpleret. Qui autem Dei voluntatem  
 adimplet, praemium potius ab eo expectare quam poenam  
 meruit.

Poenam hic carmen quod in manibus hominum Aere-  
 batur ubique quod tale est.

Rana Gommariana

Hlyck - Geusen

Litora rana de palude Battava

Equid coexas, quidve cunctis obstrepis

Gommariana rana? Sed quid insolens

Attollis alte verticem? jactantiam

Fastusque mentis arrogantis comprime,

Quaeque gentis intueri exordia

Gommariana rana, terra filia.

Ingrata rana, Rome Bruga, in pauperum

Scholis alendum te dedit Bogardicis?

<sup>H</sup> Impura rana, idcirco limpidissimos

Lurbare quæris veritatis rivulos.

Hanc tu rependis gratiam, has reddis vias

Gommariana rana, rana pessima,

Pinnisque ranis, rana quam simillima?  
 Nam fertur olim glande mutata, Ceres  
 Frugum repertis Diva, dum Proserpinam  
 Quereret ademptam, fervida pressam sibi.  
 At vix fluenta pura, puri gurgitis  
 Libat ore, ex rusticorum pernicas  
 Curva insolenter fœdat undas saltibus.  
 Hos esse ranas Diva jussit fœditas  
 Luti palustri ventricosas inedas  
 Hæ voce rauca, surgidoque gutture  
 Custant quietem, transeuntes increpant,  
 Sed ne nociva mordeant edentula  
 Tardæ intecenti membra saltu pronoveat,  
 Nec terræ nec aquaticæ dici volent.  
 Gommariana rana quando prædicat  
 Deum nefandi sceleris auctorem, Stregis  
 Creasse quosdam destinatos ignibus  
 Rome impudenter limpidos sapientiæ  
 Fœdare rivos quæris, et purissimum  
 Maculare Numen criminum contagio?  
 O fœda rana, nil nisi lutum sapias,  
 Fœdumque cænum sordidantis spiritus.  
 Gommariana rana, cur dulcissimo  
 Somni sopori, sic furentes invidet  
 Sanguine diris excitas clamoribus?  
 Cum cor venenis aestuet, cum pressimo  
 Guffusa habo lingua, proivum bene

Dentes adempti, non voluntas nocia.  
 Gommariana rana cur sic impudens  
 Gallas in agrum non tuum Evangelii  
 Nec missa, nec vocata, doctrinam crepas  
 Et se ministram jactitas Ecclesie?  
 Semper coeas et cerebri vis tui  
 Obtemperare legibus, legem Dei.  
 Ranae protervae ne quid insolentiae  
 Suae deceret, postularunt, Principem.  
 Harum obstupescens Juppiter recordium  
 Clari ministrum fulminis, volucrum  
 Late volantum principem, regem dedit.  
 Vix prima regni limina ingressam sui  
 Ranae salutant insuavi carmine  
 Festoque saltu corporis mollem levant.  
 Exosa faeda subditorum agmina  
 Regina, rostro dissipat, lacerat, vorat,  
 Latensque canum turpat atro sanguine  
 Heu quanta clades! sic nocentum Juppiter  
 Penas reproscit. Vis tamen dementiae  
 Prioris oblita, alterum regem voluit.  
 Tractus ergo Juppiter, sibi putidum  
 Marcensque lignum, salium princeps ait.  
 Primo decenter, delictisque honoribus  
 Regem decorant, mox eundem casibant  
 Pedibus superbis proferunt, mergunt, trahunt.  
 O pertinax o stulta ranarum phalange!

Orbata regem querit, et habens despicit.  
 Hæc fabulose scripta, sed simillimam  
 Novamque nobis exhibes comœdiam.  
 Gommariana rana risit hæctenus  
 Statuta Patrum, sanctiones Cæterum  
 Sacrationum, Biblicæ glossemata.  
 Unctumque summi Numinis vicarium.  
 Nam perduellis unicum selegerat  
 Dissentionis arbitrum, Verbum Dei.  
 Quod quisque proprio se regens arbitrio  
 Interpretatur, despicit, lacerat, trahit,  
 Modisque centum mutat, atque adulterat.  
 At nunc coactis undequaque cœtibus  
 Gommariana rana, concrepantibus  
 Buxis lutosæ convocavit agmina  
 Lacus Lemani, fœditas rauracæ  
 Cives paludis, et matinas cornibus  
 Panas onutas insule Britannicæ,  
 Et arudinæ editas palustribus  
 Phœni, et ruletas insolentes Hassiæ  
 Hic dissipato, funditisque diruto  
 Vano execrandi dogmatis fundamine  
 Cogunt receptum jam exulare judicem:  
 Fidei statuta huic deferunt senatui  
 Quumque Papam destinant, et unicum  
 Contentionis judicem primarium  
 Ne quid deinde fœditatis abforet  
 Legere fedum, ut Pattave nomen sonat

Locum, patella nempe dignum operculum.

Rex belle, salve, somnium, delirium

Chymocera rana somniantis heresis.

Rane Gomarae nil deesse suspicior

Quin vera rana sit, quotque dicier.

Predestinatum forte te ranam negas

Gommariana rana! quae sic sordide

Rotterdam (duplicit. protervia)

Excepta ceno sordido, et fedo loto

Recte, lotoi Geusii nomen geris? Lyck-Geusen

Fr. F. M. Forret Brugensis Minora Conventualis

Dictam pseudo-nepodum scriptis suis mirum in modum praeter catholicos Arminiani et Lutherani exagitarunt. Quam Calvinistae mitissimi scilicet ingenii homines sanguine consignarent paucis post eam finitis diebus in Joannem Barneveldium (quem Belgicae provinciae confederatae suum veluti Lycurgum hactenus coluerant,) capitalis sententia fertur: et contempta Ludovici XIII Galliae regis per legatum suum tunc Haga residentem misericordie 13 Martii publice in area palatii Hagensis infami carnificis manu decollator sic justas et meritas penas perduellionis in Ecclesiam et regem catholicum justo Dei judicio dedit. Deus enim novit peccatores per eos per quos peccaverunt punire, quod ipse autem fuerit ex primis qui cederunt in cathedra pestilentiae et magistratum rebellium iniierunt. Opmerus declarat sub finem decadum de martyribus Hollandicis sic scribens: Quot et quales essent, ea variis explicaret haec tandem percepi: decem numero.

esse instar X viros legibus ferendis a Romanis creatos: quo-  
 rum unum Dordracum, secundum Harlemum, tertium  
 d' Elphi, IIII Leepda, V Amstelredamum, VI Gouda, VII Rotterodamum,  
 VIII Gorchemum Hagam mittant, plebeios omnes mercedi do-  
 mesticoque commodis inseruientes cum dominatum in alios  
 peracerbe exercent, Plebs ut vere inquit C. Livius ut,  
 humillime pareat, ita superbe imperat, porro octo illis  
 plebeis duo sunt adjuncti ( quibus singulis semel) exiguae  
 nobilitatis viri, nam nullus equestris vel saltem dignitatis  
 nunc invenitur in Hollandia Zelandia nobilis, praefigant  
 licet suis edictis ordo equestris nobiles civitates. Paro si omnes  
 X cum sint juris aequique omniumque linguarum pra-  
 terquam vernaculae instar statuarum ignari ac nudes,  
 habent penes se quemdam gallice latineque balbutientem  
 alienigenam titulo licentiatu juris vere licentia factum  
 deteriorem pro more patriae et scribam nomine rectifica-  
 torem Rechter cum revera sit crōnere id est incurva-  
 tor. Horum amborum autoritatibus X viri haud aliter parent  
 quam pueri in scholis gymnasiarchae ejusque hypodidas-  
 calo. O libertatem nostram ( scribit quidam) Hollandicam

Quanta au- quam auctur Joannes de Barneveldt ex Velna, quando  
 fortas fuerit optimates liberae quondam Bataviae, nunc illo verba faciente  
 Joannis de cohibent voces suas loquique cessant et digitos superpronon-  
 Barneveldt tes oris suis ei sedenti assurgunt. Nunc capite minor verit  
 humum.

Tale Epitaphium quidam ei scripserunt.

In memoriam veri incomparabilis Joannis ab Elden-Bar-



novell. federati quondam Belgi Atlantis Hage comitis 12 Maii 1619  
per summam injuriam cesi.

Quis facit hic? patiente parens et gloria pridem?

Idem. Unde illustris mors cita venit avi?

Avi. Deius finis vite et meritis immensis?

Ensis. Justitiae est hoc opus, anme furor?

Uxor. Ah innocuus cujus perit indole sanguis?

Anguis. Quas partes asseruisse legis?

Legis. Causa duci quae tam permittere dura?

Tra; cui ambitio mixta cruore natal.

Ah ah! debuerat quid cor flexisse tyranni?

Anni. Pro meritis non fuit ergo pater?

Ater. Num Nemesis crudelia pectora tanget?

Angel. Fama viri quae celebranda modis?

Celis. Quod vivet, quae spes in saecula nomen

Omen. Sit fati hoc dulce levamen. Amen.

Exinde cadaver Egidii Ledenbergii qui sibi ipsi in  
carcere vim intulisse dicebatur ex furca suspenditur,  
syndici duo ad perpetuos carceres damnantur.

Et alii primarii viri in republica procribuntur centum  
amplius Arminiani praedicantes exilio mulctantur, denique  
nobiles et cives Arminiani omnes a magistratibus passim ex-  
sultantur. O eximiam Calvinianorum in suos benignitatem.  
<sup>Hinc</sup> ~~Eccl.~~ Eccl. 4 dicitur: rursus contemplatus sum omnes labores  
hominum et industrias animadverti patere invidia proximi;  
et in hoc ergo vanitas et cura superflua est.

Barnesfelt damnatus rogatur quis status esset optimus? demo-  
cratia, aristocratia an monarchia. Respondit monarchiam statum  
esse optimum juxta hom. 7, l. 2.

Nec multos regnare bonum, rex unus esto

Unius imperium, cui Jupiter aurea magnus

Secura dedit, jussitque suis dare jura tuendis

Entia nolunt male regi, unus ergo est Deus. - Aristot.

Duo ejeti: Per Capitulum hujus anni fuerunt duo ejeti ab Ordine, unus  
 ab Ordine- profusus in dono Diestensi propter morbum caducum, quo se  
 laborare ceperat, in receptione, et alter Antonius Vander Brand  
 profusus domus Lovaniensis propter frequentiores recessiones ab Ordine: quem R<sup>mus</sup> episcopus Boon Gandensis susceperat, et constituerat in Flandria versus Brugas vicepastorem, et ei vestibus propriis scilicet interioribus eum induerat. Sed homo inquietus, suum dominum et curionem calumniatus inde recessit, et rursus Cartusiam adiit ut dicitur.

Victoria de Mense junio antequam auxilium e. Belgio copia ad castra  
 Mansfeldio Bucquiana advenisset. Ernestus Mansfeldius cum suis in Bohemia a Bucquio vincitur ac fugatur mille amplius hostibus caesis  
 magni momenti. amissa meliori sua suppellectile, quae magno aestimata fuit magnoque curruum omni comestus genere onustorum numero. Fuit ea victoria sane peropportuna ad Ferdinandi II Caesaris electionem accelerandam, et ad Matthaeum comitem Curianum a Viennae obsidione revocandum.

Comes Bucquo. Haec conflictu Budvitzium Bohemorum obsidione liberatum  
 ius multorum fuit: quibus fuis fugatisque Comes Bucquoyas Wittigamam Chelocorum in nam, Lamiochium multaque alia oppida et pagos in illo  
 Bohemia protractu cepit et in regis Ferdinandi fidem adiecit.

situs. In hac civitate Bruxellensi non omnia adeo tranquilla erant nec in ipsa domo nostra, circa festum S. Joannis Baptiste decani officium ex consensu principum elegerunt Magistratum plebis et Receptores qui alias electi a primario Magistratu cum eodem sentiebant et consentiebant in omnibus, et qui essent in Magistratu nisi post tres annos possent eligi, nam

graves erant querimonie quod uno anno in convivia consumpsissent sexaginta millia florenorum, et rursus jam tributa nova exigant.

Eodem de causa 13 julii rursus tumultuantur cives in domo civica quod obulus surgeretur in singula pocula cervisie sed adventantes principes propter supplicationem V. Sacramenti miraculose jussunt eos quiescere misso ad eos Domino de Marle, qui preerat finantibus, promittentes sese eorum et negotii rationem habituras.

Ad hanc supplicationem venerunt huc V. Prior domus Gandensis Visitator vocatus a P. Priore nostro propter difficultatem eorum in domo ut dici quam tamen non sustulit sed fore bonum nos detinuit, Prior Sylve S. Martini, Prior Anglorum, Prior domus Gosnay qui nunc huic domui preest. Postea advenerunt Prior Lovanii et Prior Valencennarum, qui nostris principibus adferrebat epistolas R. Patris quibus concedebat Missam \* et plenum modo de Domina \* per totum Ordinem de gratiam factam nachatum  
 Nova Cartusia prope insulas  
 novelle plantationi prope insulas remittendo novendecim millia florenorum que pro amortizatione bonorum eis proveniebant et archidux Albertus insuper promisit quod Ordini semper nostro favoreret. Hoc nove foundationis negotium a superiore anno 1618 inchoatum fuit.

Idem Prior Valencennarum assumpto Priore nostro in socium cum nostro Visitatore Gandarum profectus est ut visitaret domum istam prout in carta Capituli injunctum ei fuerat, sed Prior Gandari Visitator noster non habuit inde honorem, et nimis puilli animi existimatus fuit quod

procurasset subditum sibi Priorem in socium assumi, cum esset hic Prior domus Gosnay nisi quod postrema Visitatio (in qua erat socius) nimis rigorosa conqueretur.

17 Julii advenit novus Runtius vere apostolicus Lucius de S. Severino archiepiscopus Salernitanus, et 19 Augusti audit Missam in nostro templo qui dixit suos predecessores fuisse fundatores domus Padulae.

23 Augusti audit hic quoque sacrum ipsemet fundator nomine Cartusiae prope Insulas Dominus Joannes de Vascour, cui S. Hubertus Facomprez professor Sylveducensis hic hospes obtulit librum quem in lucem ediderat gallice qui continebat pias precationes ad audiendum devote sacrum Missae officium; aderant et alii de magistratu oppidi insulensis propter sua negotia.

Altero lapide a Namurco Silva Marlania densissima haud procul a Mosae flumine sita est, in qua hoc anno 1619 die 29 Julii a Serenissimis Belgarum principibus Alberto et Isabella facta fundamenta monasterii seu conventus eremitici Carmelitarum discalceatorum hortatu B. Cheresiae virginis Hispanae ad veterem ac primivam disciplinam patrum memoria revocatorum. Est autem locus admodum patens instar oppidi amplissimi muris undique cinctus, silvas, prata, agros et stagna suo ambitu complectens. In medio erectum est monasterium cum viginti circiter cellulis (quales fere nos monachi Cartusiani habemus) horto muroque a se mutuo distinctis. Praeter has sunt et aliae cellae laxiores seu domunculae plus minus viginti ad jactantem steli ab invicem, et ab interiore monasterio distantes in quibus singuli monachi

(more veterum Aegypti et Syriae anachoretarum) Deo dies noctesque vacant.

Quibus fere legibus vivant, ex tabula in choro templi suspensa Carolus lector ad piam emulationem discet: cuius haec est inscriptio:

Jesus Maria

Tabula orationum et sacrificiorum quae in hac Carmelitarum exalceatorum eremo S. Josepho consecrata pro serenissimis patris et fundatoribus Alberti et Trabella Clara Eugenia Austriae archiducibus Belgii principibus fieri ac celebrari semper debebunt, ut eorum in hunc religionum cetum piissimae munificentiae per spiritualis officii compensationem gratiae perpetuae habeantur.

Cetera hujus deserti religiosa communitas diebus singulis bonas orationi mentali horas impendet pro salute spirituali et corporali suarum Celsitudinum ac pro conservatione felicique domus Austriae incremento: et in particulari pro catholica Majestate Philippo III. Dux autem haec orationis mentalis horae ut certiores et securiores sint erunt illae, ad quas eremicolae tam ii qui in separatis hic eremiticis cellis quam qui in conventu isto degunt indies obligantur juxta sanctissimas hujus instituti leges ac sanctiones.

Sub finem dictarum horarum recitata antiphona Sub tuum presidium, etc. dicens. Sequitur collecta Protege, Domine, famulos tuos Albertum et Trabellam hujus eremi fundatores subsidio pacis et B. Mariae semper Virginis patrocinio confidentes a cunctis hostibus et periculis reddere securos, etc.

In omnibus Missis sive solemnitibus sive privatis post collectam sive orationem vel orationes diei subjungetur: Et

famulos suos N. Papam, Philippum regem catholicum et principes nostros Albertum et Trullam hujus eremi fundatores ab omni adversitate custodi pacem et unitatem nostris concede temporibus, et ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam et fructus bene dare et conservare digneris.

Omnes reliquæ orationes et spiritualia exercitia, quæ toto eo tempore, quo principes vixerint, fieri in hoc sancto deserto pro eisdem Deo offerentur, ut eos divina clementia pro universali orbis christiani bono, et religionum statuum protectione multis annis servet incolumes, eidemque gratiæ suæ abundantiam impertiat, ut in vera perfectaque caritate feliciter vivant, et vitam beate finiant.

Singulis diebus, idque in perpetuum celebrabuntur duæ Missæ: nunc quidem dum adhuc in vivis sunt, pro salute tam spirituali quam corporali dictorum principum: postquam vero obierint, fieri eadem pro defunctorum eorum animabus: ab quocumque alter duntaxat principum vita, functus fuerit, Missa una celebrabitur pro defuncto, altera pro superstite.

Statim post obitum cujusque principis dicentur per Patres deserti quingentæ Missæ in altari privilegiato. Item singulis annis in perpetuum sacrosolemni celebrabuntur duo Anniversaria unusquodque eo die non impedito alias proximo in quem obitus cujusque Serenissimorum principum incidit. Ad majorem Dei Deique ac S. Josephi gloriam. (Ex tabula ænea in oecio templi ad aram summam suspensa.

P. Nicolaus Orlandinus statim in principio historie Societatis

yosu causas disquirat et adfert, cur Deus novas religiones instituat, et  
 dicit unam ex precipuis novas condendi familias causam esse, ut. vete-  
 rum familiarum studia, quæ interdum aliquid de primis initio-  
 rum ardoribus ipsa temporis diuturnitate remittunt, novarum acuan-  
 tur exemplis. Sæpe enim quæ latebat, inclusa virtus, æmulationibus  
 lacessita se prodit; et quæ nullos nacta est, æmulo obsolescit. Ubi  
 enim cum ex quatuor rerum initiis pugna et certamen exarsit  
 sum maxime ad diuturnitatem viget, incolumitas mundi; sic  
 inter dicatas Deo familias, ubi pia exarsit æmulatio, purissimus  
 Dei cultus, et vera sanctitas efflorescit nulla certe religio nobis ad-  
 observantiam nostri instituti præta silentii et solitudinis mayo-  
 rem æmulationis flammam injecit quam hæc sancta Carmeli-  
 tarum exalceatorum reformatio. Sed, principibus, omnique plebi  
 accepta, nam (absit invidia) debemus fateri in Belgio inter reli-  
 giosas personas quas in laudem nominis sui virtus altissimi mo-  
 dernis temporibus assumpsit, illas pluribus miraculis clarescere  
 quæ istius sanctitatem Ordinis sunt, profere, dico Moniales  
 Annam de Jesus, Annam a S. Bartholomæo priorissas hanc  
 Antwerpæ illam Bruxellis. Tota sancta reformatio confirmat  
 nostrum Ordinem, et abinentiam a carnibus quam aliqui  
 in Hispaniis sustollere conati sunt, dum illa divinitus in-  
 troducta est, commendat et silentii et solitudinis instituta  
 et usdem congruas cellas et admnicula quæ in nobis  
 carpere non verentur, religioni alias viri qui pondus  
 diei et restus sustinent in predicationibus et aliis ministe-  
 riis ad salutem proximi facientibus.

Hoc tempore vigebat, magna devotio populi erga

B. Virginem Mariam in Laken. Dux etiam beneficia sanitatis non minima prestabat. In octavis Assumptionis ejusdem V. P. Prior et P. Procurator devotionis ergo eo se contulerunt, et P. Procurator ibidem celebravit, qui viderunt, Regnam infirmam ab aliis Pegginis in templum inferi in quarum comitatu erat et soror Domni Sacriste, miraculum narrato:

Paralytica Domicella Chislona Hamnia Peggina curia Busellensis Peggina voto filia S. Judoci Hamni questoris urbani hoc anno 1619 facto ad diuinam deflusione subita fuit obruta peccantis humoris qui tandem Lachensem subsidit in fibram, quam et adeo obstupescit, ut nullum sanatur: ejus sensum aut usum haberet. Domum interjecto longo temporis intervallo, cum se remisisset inflammatio, fibræ ad pedes usque obstupuit, et paralytici dissoluta, clauda fagebat vestigia sed nequidem cum fuloris lignis moliri poterat, incessum. Cum ergo in hoc rerum statu salus ejus corporea versaretur, nec ab arte posset humanum aliquod expectari remedium, consensa rheda fuisse se Lachas deduci ubi cum sacro refecta pabulo fuisset, sistit se mox B. Virgini; humique faciens et ex totis præcordiis alta trahens suspiria cum in commemoratione miseriarum suarum et commendatione misericordie Dei nostri et Deiparæ Mariæ tota esset, ecce subito sacro corripitur honore juven. atque tremore pertentante corpus illius, mira virtus et vigor rediit in præcordia. Jamque sibi videbatur posse certiorum gressum figere: jam nunc assurgebat, nullis adjecta comitibus jam fibræ ab omni dissolutione et stupore libera nervos occisione movebat. absque difficultate aliqua: atque ita



pedetentim per momenta singula civibus augebantur erexit se fortiter in plantas moxque turbis se adjuvans supplicabunda templum obivit processionum ritu Divam Virginem Matrem, cujus misericordia nunquam senescit sed semper revirescit in curatione fidelium ex animo laudans et dicens: Gratias tibi sanctissima Virgo, quod etati meae et tempori prestitisti, ut hoc ministerium in te atque in Unigenitum tuum expleram, posteaquam ea molli luto factum fictumque vas confregisti, aliudque inde reformasti. Paulo post alia ejusdem conventus Regina Francisca Candida vocem a quatuor mensibus perditam et sospitatem recuperat.

Tam evidenter miraculorum signa perfidiam hereticorum non valuerunt perfingere, nam per idem fere tempus Henricus Fredericus de Passau frater Comitis Mauritii confederatarum provinciarum Belgii gubernatoris cum circa dictam ecclesiam iter haberet irrisit devotionem populi erga B. Mariam de Lachen nec tamen impune, nam bis ad minus equo decidit inter Lachen et civitatem tam brevissimo itinere semel prope portam civitatis nec tamen surrexit Paulus sed adhuc spirat minas contra Ecclesiam. Nos autem in mutationibus Septembris eo nos contulimus, et D. Joannes a Plittersvuyck sacrista, obtenta prius licentia a P. Priore sacrum Missae officium peregit (et ni fallor prima vice ambulabant nobiscum duo Minorite, qui non minime edificati fuerunt in nostra devotione et modestia, suisque superioribus retulerunt; nihilominus praeterito anno 1631 quidam abroga-

tionem istius Nixae a P. Pire extorsit, qui mox in non minimam afflictionem incidit, et spero quod devotioni conventionalium dicta licentia restituetur prout in ultima Visitatione concessa fuit.

Albertus Belgarum princeps a Joanne Guichardo archiepiscopo Moguntino et aliis electoribus delatum imperium raro et laudabili exemplo respuit, quod infirmitatibus et senio promeretur.

Ferdinandus itaque Caroli Archiducis ex Anna Alberti Bavarie Ducis filia Mathie patrueli suo a septemviris Francofurti congregatis die S. Augustini qui est 28 Augusti sufficitur, quamvis ordines Bohemorum et quorundam electorum legati ad electionem imperialem parum propensi essent, multominus regem Ferdinandum eligere constituerunt, Amen voluntati Dei nemo potest resistere. Eidem Ferdinando pro-

Sed et illud omittendum non est inter mira de Ferdinando, quod ex illius nunquam satis laudati principis Joannis Guicardi archiep. et elect. Moguntini, ore proprio acceptum; ejusdem principis confessorius Joannes Reinhardus Ziglerus Loc. genus ea electoris voluntate dum ille vivit reticuit. Quo tempore Francofurti an. 1619 adversariorum non pauci nec imbecilles presenti utendum opportunitate, occasionem qua melior non possit, praetermittendam non esse si, quod erat facile catholici electores, qui omnes aderam, neci traderentur: eo tempore gloriosa Dei Mater, ut benignissima sic etiam potentissima Virgo se Joanni Guichardo Moguntino archiep. atque electori presentem se sistit animaque addidit his verbis: Constante aye, Guicharde, noli timere, elige Ferdinandum, dictum factum, perovosa molentium concidit machinatio. Non est consilium contra Dominum.

In Ferdinandum II Rom. Imp. electum  
Pro Voto Imper. nostro Ferdinando protestans  
Hic nobis Zephego gratior abster ex H.

vincias omnes Austriacas per obitum Mathie fratris ad se devolutas Albertus princeps noster inaudita hactenus liberalitate cessit in bonum Ecclesie et reipublice christianae.

Ferdinandus II Hungariae et Bohemiae rex coronatus in regem Romanorum 9 Septembris 1619. Cum hac inscriptione numismata aurea et argentea in populum sparsa fuerant, altera facies brachium ex nube porrectum coronam regiam manu tenebat. cum hac inscriptione Legitime certantibus.

Ob hanc Ferdinandi imperatoris electionem 9 Septembris ignes excitati majores bombarda explosae et alia loricis signa hic Bruellis edita fuerunt, cum interim consilia civitati infesta inter proceres aule inirentur ob denegatum a civibus obulum in singula pocula cervicis.

Circa festum S. Augustini et iuxta ejusdem tituli monasterium in lucem quoddam monstrum editum est. puella scilicet. cum cornibus et unguibus aduncis ad instar diaboli, ut dubitaret plebanus eam unda baptismatis abluere, praesagium futuri mali quod feminis maxime advenit in hac civitate.

In narratione hujus historiae primo ponam verba Julii Belloicti in laurea Austriaca sive bello germanico.

Hoc etiam tempore Bruellis in Brabantia tumultuatum fuit. Nam cum archidux Albertus majus tributum pro cervisia exigeret, quidam cives advocati cujusdam instigati repugnavunt: adeo ut Marchioni Spinole injunctum fuerit, ut urbem armata manu invaderet, et in potestate redigeret: quod et factum est aliquibus seditiosis proscriptis, et advocato in custodiam dato. Proscriptis tamen ad amico-

Stephanus Pau. cum deprecationem gratia facta et redditus concessus.

simus in suo Lectoris

Ordines federati Hispanis confluentibus aliquid aliud subesse p. 217 non diffite suspicabantur: qui tamen mox quieti se dederunt cum tumultum tur quin pra alis istum evanuisse viderent. Haec illi: Lector benevolus dabit mihi commodior uberior veniam si de ea re liberius scribam quandoquidem privatim que sit tributaria intra parietes cellae vel monasterii mea scripta contineam: ceteris modis, cum cives lite et iudicio agerent, cum principe et nimis in quod is potes portione sua privilegia obtuderent quorum tamen pleraque communis omnis in renovatione senatus denuo concessa et renovata seu confirmata generis et ordinis fuerant, et insuper refragarentur petitioni de denario contribuendo civibus, advenaque in singula pocula censura tandem principis laesa fuit, qui, et hospites in cum etiam multis doloribus corporis conflictaretur et ad mortem tononere participent, deret (solent enim homines quandoque sub mortem praegnatus et illius lucraum aliquid edere) veritus est ne cives tandem omnino rebelles evasit, cum aliquibus derent, et essent inter eos heretici qui rebellionem foverent et in vicinis commercium citarent et successu temporis plura auderent, prout satis colligitur ex diplomate ipsius data quo ad officia promoveri prohibentur qui fuissent aliquando heretici, aut hereticorum filii aut propinqui erent. Tui enim ira turbantur majores semper eos apprehendunt quin sit ita legati civitatis qui Bentium cive Harix montem ad Tuam Celsitudinem se contulerunt, nobis fidem facient, hi enim inusitato modo a principe fuerunt excepti; nam pileum in mensam projecit dum eos alloqueretur conquerens quod nunquam tale quid suis praecessoribus factum fuisset, minasque adiecit facturum quod forte se et ipsos periteret: in solloxi unum ex delegatis fere in apoplexiam incidisse nisi a Marchione Spinola ex cubiculo modeste subductus fuisset, fue-

erunt proterea prandio excepti sibi ipsis allati de mensa principis atque per  
 omnia palatii loca amana deducti civesque tandem consenserunt in pre-  
 dictum tributum, non tamen potuerunt avertere suam Consuetudinem a  
 consilio quod concluderat cum suis, et dicebatur universitates Lovaniensis et  
 Duacensis consultuisse super negotio Bruxellensi, ne putatis ex sola ira  
 principis rem actam fuisse: quidam tamen consiliiarii brevi post. vitte  
 hujus usuram amiserunt quamvis adhuc corpore robusti: apparent qui  
 beneficium Induciarum civibus improperabant. Sed cum consensus-  
 sent conquerebantur consilium non revocari: dicebat Marchio ordinationem  
 jam conclusam, ordo datus est, inquit, quo scilicet presidia urbium  
 undique evocabantur ex Flabria, Geldria, et Luxemburgensi ducatu ad  
 dividendas cives Bruxellenses, qui ne unum quidem militem con-  
 scripserant nec hastam levaverant contra principem, jubentur etiam  
 ex armamentario Mechliniensi tormenta produci quae cives egre di-  
 mittant dum intellexerunt contra Bruxellenses parentes, fratres et  
 cognatos expeditionem suscipi, nam ante fama sparsa fuerat he-  
 reticos aliquid moliri, nec poterant sibi persuadere Bruxellenses  
 contra se principem tantam hostilitatem moliri. Si qui ex con-  
 siliariis vel consociis fugam cum supellectile adornarent deridebantur  
 plateatim sicut et P. Procurator qui Chenas ierat cum D. Ni-  
 colao Imisman promovendo ad ordinem presbyteratus et domi-  
 nico die festinus mane Bruxellas reversus denunciavit milites in

Deus, Genit. IV, 22, principis peccati et hostis legem specialem sensit,  
 ut sciant principes se homines esse, errare et peccare posse, dicantque:  
 Homo sum, humani a me nihil alienum puto: ac proinde si quid  
 male promiserint, fidem rescindunt: si quid mali imperaverint retra-  
 ctent nec mordicus in eo quod semel statuerunt persistent, sive fas sit  
 sive nefas: ita Agesilaus rex lacedem. urgenti verbum regis dicantque,  
 assensus es, omnino, inquit, assensusum, inferentique at vero reges  
 par est implere quod capite amuerint, respondit: non magis quam  
 equum est, ut qui regem accedunt, petant, dicantque juxta, considerat quid  
 occasio et decorum regis ferat.

summa copia advenire ad obsidendam civitatem et sua fidei  
 adhibebatur ei, ut etiam indignaretur. Sub conventuali Missa quidam  
 capitaneus Anglicus hujus domus et Ordinis amicus Priorem evocavit asse-  
 rerans principem civibus iratum civitatis obsidionem moliri, quod  
 P. Prior retulit in colloquio, nec tamen fuimus inde multum turbati:  
 miras tantum minas arbitrabamur principem patrie patrem filius  
 virgas ostendere non ferire aliud subesse, cives tamen dum rem serio  
 agi viderunt et propter se milites evocatos plerique pecunias pretiosam  
 suppellectilem et litteras ad monasteria detulerunt. Pater Domini Chri-  
 stophori focant huc thesaurum suum attulit custodiendum quem  
 canem adductum esse filio persuaserunt, nec nisi unius atque alte-  
 rius sarcinis gravati fuimus quod omnia fere hic paterent. Igitur  
 feria secunda (quae erat 23 dies Septembris) omnes officinae clausae fue-  
 runt, praeludia ante horam non audiebantur sicut in summa affli-  
 ctione et dolore, dicuntur tormenta contra civitatem collocata fuisse,  
 sed non fuit ne malesanus quidem civis qui contra eos bombar-  
 dam exploderet aut canis latraret. Evocavit igitur Marchio mili-  
 tiae praefectus Magistratum urbis, et petiit duo millia Germano-  
 rum introduci, suos cives contineret tranquillos, se pariter milites  
 in officio retenturum, qui per portam Lovaniensem et aliam  
 vicinam ingressi sunt absque strepitu aut multo armorum  
 clangore illa die et nocte in menis haeserunt nec ultra progressi  
 sunt, donec hospitia sigillatim omnibus attributa fuere maxime  
 in hospitibus aut ibi vendebatur cervisia: cum audisset princeps  
 cives tam tranquille se gessisse et praesidium recepisse (sy sy  
 aiebat) itane itane, quasi praeter expectationem suam: vocabatur  
 ista expedicio a militibus la guerre du Giotte, bellum obuli.

Res ista multos male habuit multe mulieres pregnantes ob nimiam apprehensionem abortuum passae sunt vel mortuae. Imo pastor P. Gangevici mente notus fuit nec unquam pristinam valetudinem recuperavit: fuit Magistratus numerum et nomina abortivarum quae plurimae fuerunt, ut fidem superent, ad se deferri, et ira consularis tantum infortunium videbatur magis civibus imputare qui causam expeditionis praebuissent, nam Magistratus stabat a parte principis et, mi fallor, senatores erant, proprie qui denarium istum exigebant, a civibus non princeps. Multi tamen principi indignabantur et optimus fere quisque, qui tantam hostilitatem ostendisset, erga suos subditos Hollandi Antwerpiae avidè expectabant quo tandem

\* Tama tace, res devenit, et audito quod Bruxellenses praesidium recepissent, subit leges et vela dederunt, reversuri ad suos et irridebant principem quod freno morum suum nidum fadasset, imo et ipsi improperaverunt, dum Candid. S.P.D.R. cellarius Peckius ad eos ivisset sub finem Induciarum ut, eos ad pristinum obsequium revocaret, et quoniam vi non poterat, studuerat toto tempore Induciarum summam illis clementiam et benevolentiam ostendere et nunc bonus princeps reliquit suspiter suum brevium cadere qui pro multa pecunia voluisset factum redemisse; nihil quidem unquam crudelè perpetratus est, ut dicitur in panegerica exequiarum ejus sed nec populus praebuit occasionem: debuit ostendere se hominem fuisse, et ut populus addiscat durius regimen sufferre qui etiam parum insolens erat, ut quidam convivium inter se celebrarent quasi triumphantes, et certum est, multa hic committi scelera ob quae Deus et alii signis se ostendit iratum et ista permisisse.

Ista nostro tempore et polam gesta sunt: non potuimus quae vidimus et audivimus non loqui ad aliorum majorem

cautionem, quamvis in chronicis post calendaria suppressi fuisse  
sint, non deerunt alii auctores, qui de ea re scribent quorum  
unus sic ait: In comitiis statuum si propter suffragiorum varie-  
tatem proposita principis petitio non admittatur, repulsum prin-  
ceps aequo fere animo, nec unquam Albertus p. m. notam mi-  
griorem contraxit quam anno 1619 obsequium Bruxellensem mo-  
liendo ob teruncium in singula cervisia pocula sibi dene-  
gotum. Cui minus ista placebant poterit has duas paginas  
sibi invicem conglutinare.

Hoc anno fabrica domus non accepit notabile incrementum,  
carpentarii perfecerunt interiora cellae notatae littera D quam  
P. Joannes L'Apostole inhabitare cepit in mediaestate, nec  
non sequentis signatae littera F quam ego Fr. Petrus inutilis  
monachus incolere cepi altera S. Brunonis, et P. Procurator qui  
hactenus extra ambitum habitaverat cellam litterae B quam  
reliqueram post, incolatum sex annorum circiter curavit  
pro se restaurari.

Piscinae ad lavandum manus in omnibus cellis religio-  
rum factae sunt, et anthlia in area anteriori prope tra-  
xatorium ex puteo qui erat in medio areae qui nunc re-  
pletus est, et anthlia alio translata.

Circa festum S. Michaelis venit ad hanc domum V. P. Va-  
lerius Ruth, Prior domus d' Auray et quondam nanctarum  
ex extrema Britannia in regno Franciae natione Flander  
et Antuerpensis quo properabat ad invisendum amicos  
suos et ut ab eis aliquid obtineret pro domo sua: et  
dum ab eo peteretur cur in hac provincia Ordinem non  
fuisset, ingressus respondebat se dum Parisiis egisse dum



proprium conceperat, et ad domum d'Auray fuisse demissum quin et edificationis gratia adjiciebat, hoc verbum notata dignum extra patriam salus: quae semper illi obligit quoadusque eam ingressus est, nam revertendo domum in via obiit et habuit Missam de Domina in provincia Francie.

Habuiimus (si bene recorder) ex ipsis amicis unam fenestram in magno ambitu quae forte est D. Cornelii Ghol.

Et tempore obsidionis Bruxellensis circa 22 Septembris obiit Reverendus et nobilis D. Joannes Baptista Musart. P. R. E. Protonotarius D. Van Culte Gloze qui multa legavit Patribus Societatis a quibus etiam honorifice elatus est, feretrum propriis humeris sublevantibus, et in aegritudine sua matri suae dedit in mandatis ut solveret fenestram quam promiserat in ambitu nostro.

Hoc anno festum S. P. N. Brunonis incidit in dominicam propterea nostri excitati fuerunt ad festum celebrius peragendum dum sperarent majorem frequentiam secularium, doctor medicus Halus qui hanc domum frequentabat rogarat. Nuntium apostolicum num placeret officium perageri, quod ipse primo gratanter amoverat, sed postea cum nostri non accederent in propria persona excusavit super tribulatione et hostilitate civitatis, primum hoc anno expositum fuit V. Sacramentum in altari quod remansit usque ad finitas vesperas et delatum fuit in supplicatione et hostilitate ad minus decem a secularibus deferbantur.

D. Nicolaus  
Guisman.

In octavis S. Brunonis cantavit primitias suas D. Nicolaus Guisman-Bruxellensis qui et sacerdotalem hebdomadam tenuit: mater ejus liberaliter et laute conventum tractavit. Quidam illi carmen cecinit, et chronicon istud dedit:

Chabls nos ex adipe frVMent!

17 Octobris ad pulsum meridianum spiritum Deo reddidit Magister Carolus Latomus filius camentarii nostri Magistri Andree, postquam diu cum morbis conflictatus fuisset, quibus non obstantibus operi insistebat. atque sedulam operam navavit in fenestris hujus ambitus ceterisque edificiis perficiendis octo circiter annis cujus anima in pace quiescat.

18 Octobris in festo S. Lucæ R<sup>mus</sup> D. Nicolaus Lousius episcopus Sylveducensis in templo nostro privatam Missam celebravit et post Lectam conventualibus devote benedixit.

19 ejusdem mensis funestus casus accidit in civitate; nam sub finem secundi Nocturni audivimus pulsari pro incendio extinguendo et mox vidimus e cœdilibus nostris aerem ipsum flamma istius incendi maximi accensum. Cumque D. Procurator intellexisset infortunium istud pauperibus Clarissis accidisse bona venia P. Pioris una cum laicis eo se contulit quorū pene tota civitas confluerat, milites vero præsidiarii cursu celerissimo velut lymphatici homines portas suas repetierunt quin et primates evocati fuerant Marchio scilicet Spinola, Dux Arschotanus et alii ne tumultus fieret in populo, et Marchio mirabatur nostros etiam ibi videre, prout, fr. Ludovicus qui Hispanicam linguam calet, ex ore ipsius audivit, fr. Joannes Donatus in magno periculo fuit ne cum aliis in ignem caderet. In eo perire tres Honiales quarum senior vocabatur Maria Van Plytterswyck amita D. Procuratoris et D. Sacristæ a quinque annis jubilantia in Ordine quæ tardior fuit ad exeundum domo cum aliis quæ conveniant in horto et reperta est cecidisse super brachium quod

cum veste non erat adhuc combusta, altera, ni fallor, erat inclusa, tertia fuit fumo suffocata in campanili si recte intellexi. Quae duae annum trigesimum superabant in Ordine, et sicut in vita ferventi spiritu Deo servierant, ita et in morte corpora obtulerunt in holocaustum Domino: soror Maria à Blyttersmyck paucis diebus cum sermo incidisset de presidariis militibus tranquille in civitatem admisisis dixit spiritu prophético sese non omne infortunium evasisse sed grandem cladem sibi imminere et se non nisi fato violento ex hac vita migraturam, quod Mater monasterii pluribus postea retulit, jam dudum intellexeramus Deum visionibus eam quandoque dignatam fuisse: incertum fuit unde incendium ortum habuerit, quidam dicebant ex carbonibus puidie allatis nec pene extinctis, constantior fama fuit ex sarmentis neglectis circa focum initium sumpsisse dum abessent in templo matutinas preces Deo persolventes; infirma quaedam lecto decubens sensit flammis monasterium fatiscere quæ ex terrore vires sumens properavit ad ecclesiam sorores evocare in auxilium, quæ frustra conatæ sunt sumpta aqua ex flumine incendium extinguere, prorumpentibus secularibus congregaverunt se in horto preces Deo fusuræ ut si juste pro peccatis suis punirentur propter gloriam nominis sui sanctuarium servaret, incolome et proximorum cedes sicut factum est, nulla extra limen domus pedem extulit, quaedam in choro remanserunt et pene fumo suffocabantur (sicut contigit ei quæ in turri erat et continuo campanam pulsabat) extractæ fuerunt per tabernaculum V. Sacramenti quod S. Clara earum fundatrix semper in summo honore habuit. Ut Dei beneficium melius mente perciperent, mo-

nasterium prima estate in solidum et melius quam antea restauratum fuit, nobilibus et civibus hujus civitatis in opus liberaliter res tribuentibus nec non etiam Prioribus Ordinis nostri, qui forte erant hospites quando venerunt huc pro elemosyna, sed Comitissa Parlaymontii Margareta de Gulding facile omnes superavit, quæ quindecim millia florenorum eis largita est.

4 Octobris in festo S. Francisci acciderat, et aliud incendium in domo praesidis Vanette ubi coquebantur panes pro militibus.

Ingravatum est bellum in Germania, Bohemi enim rebelles Ferdinandum legitimum regem suum juratum ac coronatum (quamvis etiam in imperatorem electum) per summam injuriam atque audaciam abdicant, libellis plurimis in facti defensionem divulgatis. Causa abdicationis potissima a jure electionis liberæ petita est, quod inascite sibi factiosi arrogare sunt conati, culpata item Comitiorum regni integritas in quibus Ferdinandus publice susceptus fuerat, regem itaque novum sibi querentes cum a Joanne Georgio Electore Saxonie et Maximiliano Bavarie Duce quibus regni coronam detulerant, rejecti essent, Fredericum V Comitem Palatinum Rheni die 27 Augusti Pragæ congregati sibi regem elegerunt et die 4 Novembris coronarunt.

Hoc ad arma utrimque fortiter ventum est, et tota pene Europa in partes tracta. Protestantes seu Evangelici (ut sese vulgo nuncupant) Germaniæ principes confederati (quos inter eminebant Joannes Fredericus Dux Wirtem-

berge, Mauritius Saxonianus Hassiae, christianus princeps Anhaltinus, joachimus Ernestus Marchio Anspacensis, et Georgius Fredericus Marchio Durlacensis) Palatini partibus sese adjunserunt.

Saxo et Bavarus in fide Caesari et imperio debita magno reipublicae christianae bono perstitērunt. Saxonem injuria propinqua, quae periculum stimulabat, quod vix<sup>er</sup>entibus ex Joanne Frederico per Carolum V Electoratus titulo privati stirpe progenitis Bavarum et alii per Germaniam Calviniani spem facissent recuperandae dignitatis. Albertus Belgarum princeps primo Carolum Buquium fortissimum belli ducem postea bis mille equites et peditum sex millia in Bohemiam misit. Nec defuere sororis suo Sigismundus Poloniae rex, et Cosmus magnus Etruriae Dux, quorum prior Cosacorum equitum millia quatuor opportune transmisit. Paulus V Pontifex magnam pecuniae vim ex Italiae decimis ecclesiasticis collectam suppeditavit.

Cumque bellum traheretur et rebellio, ut fieri solet, lapsu temporis incrementum sumeret, Philippus III rex catholicus ne periclitanti Ecclesiae aut genti suae deesse videretur praeter undecim armorum millia, quae in Austria aiebat, copiosissimum apud Belgas exercitum ad invadendum Palatinatum viresque hostium distrahendas conscribi jussit ut sequenti anno latius explicabimus.

13 Novembris advocatus et sex cives ex deputatis qui aliorum causam egerant apud principem sibi solum advertendum intellexerunt quod forte contumaciores fuissent, quae res novam Aristoteli occasionem ceteris civibus praebuit, a quibus ipsi exules animum non despondentes viaticum petierunt et honestam sus-

sentationem, quod enim causa hæc sustinerent.

Eodem die Ill<sup>mus</sup> Marchio Spinola cum Legato Hispaniarum de la Cueva venit ad nostrum monasterium Missam auditurus.

17 ejusdem mensis in festo S. Hugonis episcopi Lincolnensis Anseripie placide in Domino obdormivit R. P. Bernardus Pautusius Societatis Jesu presbyter et facundus ecclesiastes nec non poeta celeberrimus frater Prioris nostri D. Gisberti, qui eo se contulerat, et a quo in extremis enice petit participationem Ordinis sive paricularia suffragia post mortem, nam dum viveret fuit eidem Ordini addictus et aliquando comediam composuit de S. Brunone et passim carmina, illud de Vita Cartusiana subjicio:

Pallentem nuper rigidi Brunonis alumnum  
 Sic adit, mundum linquere certus odo  
 Hæde Pater quæ Cartusie sit regula vitæ  
 Quæ nox quæque dies; quid fugiant, quid agant:  
 Hæde quibus studiis hic vivitur. Ille facendo  
 Fugit et ingemuit, non potuit melius

Sum decumberet moriturus habebat, juxta se cartam et atramentum, ut versus quos concipiebat, cartæ mandaret, dixit amico se morbum contraxisse in festo S. Bartholomæi dum fractaret pro concione istud thema pellom pro pelle dabit homo pro anima sua, ut majori energia et fervore verba haberet ad populum hispidum cilicium induerat aerum dedit pellem et animam suam pro Deo. Et ne ingratisimus dabinus illi Epitaphium quod ei posuit Justus Ryequius Gandensis poeta quoque non minus celebris in cujus

Est tibi sunt dotes, virgo, quot sidera cæli.

Hunc versum Bernardus Pautusius 14 syllabarum milles bis et vicies mutavit, eisdem proorsus verbis sensu et metro servatis.

edibus habitari:

Pis Manibus

R. P. Bernardi Bauhusii poete et ecclesiastae clarissimi  
 Thal Apollinari Bernardi morte triumphans  
 Mors jaculi ostendans verbera certa mi:  
 Mors circum eximios Parnassi numina Moanes  
 Uel gemitu et lacrymis obrita vidit, ait:  
 Plangite Pierides, nam damnum haec tela dedere  
 Quod nulli poterunt restituere dies.

Eodem die fuit consecrata ecclesia Societatis Iesu Gandavi, si recte intellexi.

Circa idem tempus D. Petrus Saems professor domus Lyrae ad maiorem Cartusiam se contulit impetrata licentia a R. P. Ate, et viatico a parente suo, qui est dives et inclitus civis ac mercator Antuerpiensis qui et insuper promisit pecuniam pro honesta sustentatione filii sui quamdiu in Cartusia esset, commotus Zelo Ordinis adductus fuit ut ad primariam domum se conferret sed si velit verum fateri non tam discendi quam docendi studio, nam jam pro reformatione Ordinis librum componerat quem cum R. Patre volebat conferre, et existimabat R. Patrem sua opera et consilio usurum; sed quod Visitatores ei praedixerant evenit. Reverendus enim Pater D. Bruno nimis sibi sufficiens erat, quin e contra dedit illi duos praecipuos, unum qui doceret eum cantum, alterum qui instrueret in caerimoniis ut qui magister hic fuerat discipulus ibi esse cogeretur, mirum aliquem ibi non repertum qui ad utrumque docendum idoneus inventus fuerit: sic P. D. Saems

facile omnes pretensiones dereliquit non in opinione sua sustinenda pertinax (quod timebatur) facile moribus francicis se confirmavit ad quos ex se satis propensus oblitus simplicitatis provincie quam visitari curavit.

24. Novembris institutus est a P. Priore confessorius senioribus pretermisiss D. Vincentius Knibbe bonæ spei juvenis, moribus facilis et industrius, doctrina nullis presentibus inferior, hoc tempore formabat imagines B. Virginis ex ligno collisacuti ac depingebat in favorem Patrum Societatis qui formas concesserant, agnos Dei cantilla ornare noverat, sub finem anni recepit patrem suum senem et debilem, qui habitavit in hac domo sequanum, et cogebatur de die in cella retinere propter defunctum memorie et aliarum virium, equanimiter hoc ab omnibus ferebatur propter honorem quem debeamus parentibus, quod filio non erat nisi premitibile donec aliter fuit ei provisum.

Hoc anno Gabriel Bethlemus Transilvanie princeps Ottomanorum vasallus a Bohemis et Hungaris rebellibus evocatus Carnoniam Pannoniam et alia Hungarie oppida occupat. Regni item coronam hactenus in arce Pannoniensi ad servatam sibi vindicat.

Bucquovias Comes initio mensis Novembris mille circiter Hungaros qui Danubium transierant in prelio occidit reliquos bis mille fugatis.

Bruxellis pie moritur 6 Decembris R. P. Franciscus Casterus Mechliniensis Societatis Jesu summus theologus et sodalitates Deiparæ propagator. Cum Sacre Unctionis sacramento munitur nonagesimum Davidis prophete psalmum psalam recitari fecit, cujus singulorum versiculorum veritatem se expertum



fuisse asseverabat. Cum vero ventum esset ad ultimum psalmi versiculum: Longitudine dierum replebo eum, summo repletus gaudio. Et huius, inquit, singulari Dei munere promissionis compos sum factus, qui me sanum et vegetum ad octogesimum etiam octavum ætatis mee annum conservaverit. Ad clausulam vero, Et ostendam illi salutare meum, En, inquit, quod superest quodque magna mentis aviditate persector. Siquæ virtutibus plenus animam in manus Conditoris consignavit, cui sincere toto incolatus sui tempore famulatum præbuerat. anno 1619 circa nonam matutinam, Societati nomen dedit anno 1559. vixit igitur in ea 66 annos. Vide Auctuarium Kussii.

10 Decembris D. Claudius de Bic Baro de Ballançon Burgundus non minus fortitudine militari, quam pietate in Deum illustris dedit in manus Patris Sacristæ 120 florenos, quos ante promiserat pro candelabro æneæ majori ponendo ante summum altare; qui etiam in Hibernensibus fuit liberalis apud quos in septembri præterito professus est D. Fredericus Kogelhemius ipsius scriba, pro quo fecerat hic etiam instantiam ut reciperemus eum, sed quia erat monoculus et deformis in facie non annuimus petitioni ob frequentiam secularium qui ad hanc domum veniunt, quamvis ingenio valeret, et doctus haberetur, edidit immediate ante ingressum Ordinis quoddam Marianum Elogium latino-gallicum continens quinque psalmos qui incipiunt a litteris nominis (Maria) pro gratis agendis B. Virgini quod fuisset receptus in Ordinem. Sed postea gratiam professionis gratis illi datam non agnovit qui professionem revocare in dubium studuit, nec expectationi de se conceptæ respondit: sed istud proverbium de se in nobis com-

plerit Cavete a signatis: exemplo ipse quoque est ne in fa-  
vorem principum personas recipiamus, utinam P. Priori ea-  
dem constantia adhaereret qui hunc repudiavit et alterum  
quamvis divitem, sed fatentem non admisit ita ut hoc  
tempore pauciores essent postulantes bene apti.

16 Decembris circa horam secundam mane in vivis esse  
desiit Amplissimus D.D. Balthasar de Robiano Quorum Cel-  
situdinum summus Thesaurarius quarum res ea sollicitudine  
curavit ut suarum <sup>proprium</sup> pene oblitus videretur, nam spatio he-  
decim aut amplius annorum quo isto functus est officio (ad  
quod ultro accessit et quasi invitus susceperat) non domos aut  
palatia edificasse non dominia emisse invenitur quamvis homini  
ingenium et industria non desset, quin propter maximas ani-  
mi dotes sicut antea Antuerpiensibus civibus apud quos semel  
atque iterum consulatum gesserat. Sic spiritabilis aulæ im-  
primis carus erat et in summo honore habitus tunc ad eum  
graviora quoque negotia deferabantur, et post obitum Domini  
de Vendegies vix quispiam erat in aula majoris auctoritatis.  
Quamvis multitudine negotiorum obueretur nunquam ad-  
ventantibus durius respondebat, religiosos honore praevenie-  
bat hinc factum est ab S. Gisbertus Prior hujus domus se  
facile in ejus amicitiam insinuaverit, atque in negotiis suis  
ut postulationibus pro constructione cellarum apud Quas Cel-  
situdines praecipuum factorem expertus sit, et alii Priores  
Ordinis nostri maxime Patres Commissarii pro amortizatione  
bonorum nova domus prope Inaulas. Et honorifice de nostro  
Ordine loquebatur et stabilitatem offerbat qui nunquam  
indignisset reformatione, quem et alii principibus commo-

dabat signanter prefecto militie Marchioni Spinole, cui amicitia et familiaritate conjunctissimus erat in precipuis solemnitatibus anni Missae conventuali intererat, et nonnunquam nobiscum in cenaculo perfectionem sumebat, recreationes in vino et pastilibus saepius largitus est. D. Gerardum Eligii et fratrem Regidium Conversum ad hanc domum promovit, eisque vestes et necessaria suppeditavit. Et pro cella notata nunc [F] 600 florenos dedit, propter haec et alia existimo nos hoc tempore non habuisse majorem factorem et benefactorem praeter ipsum; unde P. Prior dignum duxit ejus exequias cum responsoriis celebrare habito consensu et consilio V. P. Vicarii qui forte per hos dies hic aderat, ad quas et filios (in nos etiam presentes quique duas in majore ambitu fenestras dederunt) invitavit 10 sequentis Januarii, loco Epitaphii subnectam eloquium quod illi adscripsit Puteranus.

Balthasari Bobiano

Equiti

Supremo Belgicae thesaurario  
 qua dignitate ea modestia  
 Viro in seneca aetate rerum auro:  
 qui gratus principi, utilis omnibus,

Sapientia dives  
 majores possidet <sup>quas quam</sup> ~~omnes~~ administrat  
 possidet animi administrat fortunae  
 possidet suas administrat publicas  
 sed si curam et industriam spectas  
 tanquam suas

Am magno, modesto felici Eriçius Putanus et magnum cultu,  
modestum affectu, felicem gaudio prosequitur.

29 Decembris P. Prior D. Joannem a Bitterswylch sacristam  
ab officio cantoris quod vitio gutturis sive rauedine repius  
laboraret, quod officium multos annos novem circiter exercuit,  
et pro eo instituit D. Judocum Ghindertalen adhuc subdiaconum  
cantorem, qui bonam et tubalem vocem habet, artemque  
canendi tenet et ab ipso magnum choro nostro provenit  
subsidiu, nisi quod alios altius parum canentes non pos-  
sit assequi. Unde D. Meldeman professor Cartusie dicebat  
si in Cartusia esset, perpetuo deberet silere, et hinc factum  
est ut unus chorus altero altius caneret sed tamen in Missa  
conventuali a multis confusionibus preservavit et chorum susti-  
nuit. D. Hubertus Tacompert hic hospes cum multum juvit  
in addiscendo cantu sicut et D. Imisman, qui sequenti  
mense in suo choro successor est creatus.

Eodem die Excell. Marchia cum legato regis Hispania-  
rum qui in ejus aedibus habitabat quique, nunc est Car-  
dinalis de la Cueva, Missam in nostra ecclesia audierunt.  
Eis non sunt ministrata pulvinaria quod forte non ute-  
rentur sed tamen honoris causa tam magnis principibus  
semper sunt offerenda, quia alias non viderentur nobis grati  
et accepti; postea desiderunt hanc ecclesiam frequentare multum  
qua de causa.

In festo S. Innocentium uxores exulum civium adiverunt  
principem nostram in aula petentes gratiam pro majori  
maritis suis quam impetraverunt citius a suis Relatudinibus

recordantibus forte in quale scelus Herodem precipitaverit. irrefrenata ira.

### De monte pietatis

Cum Ser<sup>mus</sup> Albertus Austriacus Belgii princeps initio sui principatus videret. populum usuris gravatum, ut illum quantum pro ratione temporis poterat sublevaret, primum constituit, ut publici usurarii qui 33 in centum exegerant, deinceps tantum 22 acciperent. In quem finem remisit eis pensionem aliquot millium aureorum, quam quotannis principibus Belgii nomine mulcta aut redigulis cujusdam solvere consueverant. De sideranti deinde adhuc magis subditos sublevare, suggestum est consilium de monte pietatis instituendo: et cum ad eam rem parum gratuiti subsidii ad manum esset, neque spes affulgeret aliquid consequendi, quod tanto operi etiam inchinando sufficeret, proposita fuit ea ratio, ut magna quaedam pecuniae summa ad censum acciperetur, cujus canonem Mons ex ea conflatus penderet ad ratam nummi 16, et a mutuatariis recuperaret. Post serium examen licitam hanc rationem consueverunt aliquot Belgii prelati, duo nempe archiepiscopi et sex episcopi, qui Mechliniae anno 1617 convenerant. Cumque vir industrius D. Wenceslaus Coberger architectus Ser<sup>mi</sup> principis formulam minutatim conceperet, qua domus idonea emi, instrui, et pecunia comparari atque administrari posset, ea a quibusdam prelati et theologis examinata in precipuis articulis (minutioribus quibusdam peritorum mercatorum iudicio relictis) tanquam reipublice utilis, pauperibus egentibus opportuna, et a pietate commenda-

Fructus

bilis probata est 19 Novembris 1619 nec non a principe habito concilio et aliorum doctorum virorum iudicio tanquam talis admissa. Quare etiam quibusdam in locis non sine multorum gratulatione in usum est deducta. Non enim modica est pietas efficere ut innumeri homines tenuis fortune, qui ante cogebantur sobere 33 vel 22 in centum solvant tantum 12, 10 vel 8 et minus idque absque omni lucro vel commodo mutantis, que differentia est ut minimum 10 in centum: quo etiam factum est ut uno anno mutuarii Brucellæ et Antuerpiæ sublevati fuerint onere circiter quinquaginta millium florenorum.

Jubilæum universale S. J. N. D. Pauli divina providentia Pape quinti ad divinam opem in presentibus Ecclesie necessitatibus implorandam.

Paulus episcopus servus servorum Dei universis Christi-fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et Apostolicam benedictionem. Dominus ac Deus noster excelsus, qui in omnibus operibus suis justus est, et misericors, justo licet iudicio visitet in virga iniquitates nostras, et in verberibus peccata nostra, misericordiam tamen suam non amovet a nobis: temporalia enim immittens flagella immensa benignitate et caritate sua revocat nos ab iniquitatibus nostris, ut ad penitentiam adducamur. Id vero Nos cogitantes sicut pro nostra pastoralis cura maximo cordis dolore afflicimus cernentes tantis ac tam gravibus procellis interdum, ac precipue hoc tempore in inclita Germania et vicinis provin-

eius agitari Ecclesiam Dei, ita etiam speramus in Domino, quod  
 si eum pressuris nos in vias suas revocantem audierimus, dignos  
 fructus agentes penitentiae, de tribulationum procellis populum  
 suum educet, et tranquillitatem Ecclesiae suae restituet. Hoc vero  
 ut impetrare valeamus in corde contrito et humiliato orationibus  
 ad Deum adaeamus; scriptum est enim, orabitis me et ego exau-  
 diam vos, quaeratis me et invenietis, cum quaesieritis in toto  
 corde vestro: nec desint orationi jejunia eleemosynae, et alia  
 opera memores Danielis, cujus verba, ex quo die appropuit cor  
 suum, ut se affligeret in conspectu Dei exaudita fuerunt;  
 nam quod attinet ad eleemosynas, eas peccata purgare, ac  
 facere ut inveniantur misericordia, satis etiam divinis eloquiis  
 admonemur. Quocirca ut quantum cum Domino possumus  
 fideles ad haec alacrius peragenda invitemus pro nostro pa-  
 storali officii munere ex solenni Ecclesiae catholicae more,  
 ejusdem Ecclesiae thesauros, quorum licet nullis nostris  
 meritis a Domino dispensatores constituti sumus profere  
 et largissime erogare decrevimus. Itaque ex parte omnipo-  
 tentis Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti omnes et singulos  
 utriusque sexus christifideles tam in alma urbe nostra,  
 quam alibi ubique locorum constitutos Apostolica autori-  
 tate paterne exice] que requirimus, moremus et in Domi-  
 no adhortamur ad infra scripta devote peragendum et  
 adimplendum, ac ad Deum patrum misericordiarum  
 orandum, ut per viscera misericordiae suae fidem catho-  
 licam protegere, ab hostium conatibus et insidiis defen-  
 dere, haeresim extirpare, principibus christianis pacem  
 et veram concordiam donare, ac praecipue presentibus Ecclesiae

necessitatibus subvenire dignetur. Quamobrem de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus autoritate confisi ex illa ligandi atque solvendi potestate, quam nobis Dominus meritis minime suffragantibus contulit universis et christifidelibus in alma urbe predicta degentibus qui solemnibus processionibus, quas ab ecclesia S. Mariae Angelorum nuncupata Cartusianensis Ordinis ut declaratum in jubileo Urbani VIII anno 1629, ad Basilicam S. Mariae Majoris, etc. more solito plenissimam omnium peccatorum indulgentiam concedit. datum Romae apud S. Mariam Majoram anno Incarnationis Dominicae 1619, Idibus Januarii, Pontificatus anno quinto decimo.

Videtur mihi <sup>inscribere</sup> incipere annos ab Annuntiatione B. Virginis quia certum est fuisse hoc anno in Januario publicatum jubileum et infra habetur Romae ex Typographia reverendae Camerae apostolicae 1620.

Clerici per Haec sufficiunt pro notitia historiae et cognoscenda partem Italiam Italicae cura Summi Pontificis. Quin etiam eodem sex decimas die scilicet Idibus Januarii idem Paulus V Papa per integro biennio vlicavit litteras indictionis sex decimarum super fructibus conferre in ac pensionibus ecclesiasticis Italiae in subsidium Ferdinandi Germanici Caesaris contra Bohemos et alios rebelles.

belli sumptus Impositis (ut clarius habet alter auctor) universis status jussi sunt. ecclesiastici Romani in clero in sex annos decimis, atque exinde 30 millibus nummorum scutellorum in stipendia militum in singulos menses numeratis.

Primo die anni 1620 usi sumus primum antipendio et caudata damascena rubra intexta floribus flavo viri.



dis quam dedit Dominus Ridoveryek ex cista uxoris suae, quae hic sepulta est, cujus etiam insignia apposita fuere.

Prima Dominica mensis P. Prior injunxit S. Nicolao Imisman officium succintoris, praeterea ordinavit ut sacerdos hebdomadarius crucem vel reliquias deferendo in supplicatione mappulam interponeret, quod ante annos 13 P. Lerval commissarium observare meminimus. Hinc etiam ubique locorum remanstrantiae adheret strophium vel pampus quo manus sacerdotis sequuntur, et ut sacerdos in fine hebdomadis librum deferret futuro hebdomadario, quod facere debet post finem collectis impositum, ne alius ordinationibus contraveniat.

10 Januarii celebravimus exequias D. Robiani, et vinum dumtaxat vidua propinari nobis jussit.

Circa festum S. Antonii subivimus periculum ignis in pristino, circa cujus fornacem trabs accensa fuit, et nisi fr. Ludovicus hora undecima vespertina nescio quid acturus eo venisset non dubium quin totum istud aedificium antierius (quod nunc dejectum est) incendio absumptum periisset. Et quia V. Prior propter recentia in civitate incendia laicos saepe admonuerat ut ignem caverent, nunc eos poenitentia mulctavit centum dominicarum Gratiarum et totidem Salutationum angelicarum, quam utrum persolverint non mea interest: nostri religiosi dignum duxerunt pro gratiarum actione ob preservationem ignis Missam de S. Trinitate in conventu cantare. Hoc satis afflictio domus statu aptimum fuit, quod debito officio supererogativa pietatis et devotionis officia superaddere nostri religiosi atque passim exercerent, nec frustra,

nam Deus patriæ et domui supra expectationem providit me-  
rita supplicium excedens et nota.

19 Januarii quo die celebrabamus solemnitatem Nominis  
Jesu, milites presidarii (quos ante paucos menses in ur-  
bem introductos diximus a Marchione Spinola) dimissi fue-  
runt et eodem die cives exules recepti atque rheda Mar-  
chionis in urbem inveni, sic vigilia matronarum Bruxel-  
lensium (quæ hoc die in Calendario notatur) nova lætitia  
aucta fuit et rursus <sup>novo beneficio</sup> niveo capillo notata.

In festo Purificationis primum hoc anno religiosis cande-  
la ex alba cera distribuisse fuere.

3 Februarii D. Petrus Alvarez d' Olmos Bruxellensis  
sed patrie Hispano viginti circiter annorum professionem  
emisit, presens aderat D. Ludovicus de Velasco, et D. Spi-  
nosa qui putabant etiam remanere in prandio, sed  
P. Prior respondit nihil pro eis paratum esse, nec aliquis  
alius secularis cum P. Priore comedit sed conventus ha-  
buit pitantiam, et novus professor novam vestem quamvis  
grandi macula deturpata, putabam sic emptum  
fuisse primum, sed postea intellexi culpam fuisse sar-  
toris, illi gratiam opto ut memor professionis suæ can-  
didius appareat conspectui Dei. Si vero ritum fuerit in  
conversatione, nec lacrymis penitentiae ablutum macula  
apparebit in veste.

27 Februarii celebravimus anniversarium honesti juvenis  
Joannis Imidis, de cujus obitu superiori anno scripsisse  
me recordor, et si fallor a parente ipsius habuimus  
pitantiam, et præterito mense bis tale officium cum

Missæ et Agenda fecimus pro aliis benefactoribus, ut de nobis habeant <sup>non</sup> conqueri si insuper morum probitate et vite innocentia studeamus Deo placere.

M. Jacobus Courtray apothecarius noster quittavit omnia quæcumque debeamus ei ob pharmaca et medicinas ex ejus officina petitas, quamvis hoc anno plures et quidam diuturniori morbo laboraverint, similem gratiam et annis superioribus nobis præstitit.

Prima Martii Dominica Quinquagesimæ promulgatum est Bullæ jubileum Pauli V; quoniam secularibus designate erant, ab Ordinario tres ecclesiæ visitande, P. Prior nobis tria altaria nominavit ad, ante unumquodque quinquies Pater et Ave recitarem et duabus subsequentibus Dominicis cantavimus Litanias romanas, melioremque invenimus modum quam hactenus in recitando psalmo Deus in adjutorium, nam postquam celebrans inchoavit primam partem versiculi prosecutus est chorus ipsius, secundum versiculum alter chorus et sic alternatim per choros fuit psalmus recitatus sicuti per solvimus Miserere in precibus. Dominica Reminiscere delatum fuit V. Sacramentum in supplicatione a P. Priore hebdomadario ea solemnitate qua defertur in ipso festo.

Eadem Dominica Reminiscere V. Prior injunxit pro presentibus Ecclesiæ necessitatibus maxime in Germania cuilibet sacerdoti unam Missam non celebrantibus 7 psalmos penitentiales et fratribus laicis unum Rosarium singulis hebdomadibus semel persolvendum, quod alii etiam religioni particulares Deo preces porrigant, præsertim Pater Societatis qui singulis hebdomadibus unam Missam cele-

brare dicuntur pro supradicto negotio, quibus in devotione inferiores nequaquam esse debemus.

Sacellum nostrum in Schuet. Anderlectensibus designatum fuit pro impetrandis indulgentiis jubilei, et penultimo die ibidem a Domino parrocho cantata fuit Missa, et habita concio.

Sed et in festo Annuntiationis Dominicæ quod hoc quoque mense contigit multo adhuc celebrius cantata fuit Missa ab eodem Domino parrocho cum diacono et subdiacono, insuper a mane usque ad vesperum expositum fuit V. Sacramentum in altari adorandum, octo præterea aut novem sacerdotes ibidem privatim celebrarunt, sub vespere tum a parrocho, et clericis, tum a religiosis Diligemensibus laudes cantate fuerunt, tantus concursus fuit populi, ut sacellum non caperet multitudinem; fr. Jacobus Conventus tunc temporis curam habebat sacelli, qui inter alia ornamenta quæ mutuo acceperat erat parvulus gemis æstimatus centum florenis. non fuit major celebritas a restauratione sacelli.

Circa finem Martii facta est domuncula ex apposito culinae juxta fluvium valde opportune pro purgandis piscibus ad evitandum fetorem qui ex ejusmodi excrementis in culina relictis exoriri solebat. Domuncula canis superius translata prostea furnum reparatum fuit.

Post Parcha nostri officiales adjecerunt restaurare et prolongare sacellum Dalvenblock prope monasterium Rogard quod primo lapide ab urbe situm est, et a poculo frequentabatur pro febribus sanandis.

Ultima Martii obiit V. P. D. Robertus Hallenius nobili ex prosapia natus in Anglia Prior Tschene Anglorum Hechlinie, qui dedit nobis fenestram in ambitu, vir dux et austeræ vitæ qui in ultimo morbo tempore quadragesimæ adduci non potuit ut lacticiam sumeret, qui post. lucratas multas patientiæ coronas ex morbis et molestiis conventualium, nec non jubileum Pauli V animam Deo reddidit, honorifice sepultus apud Patres Augustinos Hechlinie ante summum altare ad quod flammus prosequendum Prior noster accessit fuit. Abundabat edificatorio et spirituali sermone prout retulit D. Judocus Ghindertalen, qui eo ierat ..... pro suscipiendo ordine diaconatus.

Fœdus contra  
Calvinistas.

Februario mense habita sunt comitia Herbipoli in Franconia deinde Weilhusii seu Weilhuse in Thuringia: quibus posterioribus præter electores ecclesiasticos et Saxo cum Ludovico Sautgravis Darmstatiensi interfuit. Actum in iis de communi contra Calvinistas federe qui universum imperii ordinem evertere, Germaniam Turcicæ servituti subdere, antiquam catholicorum religionem, et Augustinam confessionem non occultis cuniculis ut hactenus sed aperto Marte profligare conarentur.

Militaverant Humanois dynaste Hungaro Cesari admodum fido quatuor millia Cosacorum sive Polonorum equitum adversus Gabrielem Transilvanum, cum quo Cæsar inducias pactus est usque ad mensem septembrem cum frustra expectasset auxilium a Turca. Illi igitur cum nihil minus expectaretur desertis Poloniæ finibus repente Transdanubias Austriæ partes ingressi apud Lipoltaniam comparuere quæ est in collimitio Austriæ Moraviæque: du-

centi eorum in quibus plerique ordinum ductores erant cum equis rapidissimum fluvium Danubium transivissent imperatori sua obtulerunt servitia. Horum adventus aulam Caesaris ipsamque urbem Viennam magna replevit letitia, quod opportunius venire non posse videbatur cum Bucquociis Campirinisque jam in eo essent, ut conjunctis omnibus copiis transitoque flumine Rhemos Moravosque aggrederebantur.

Non ab re igitur erit si hic subiungatur verissima narratio crudelitatis Calvinisticae qua severunt Calvinisticae Moravi in venerabilem D. Joannem Sarcandrum pastorem et decanum in Holoskonne mensibus Feb., Mart. hujus anni 1620. Cum sub anni hujus initia dicti equites Poloni, et ex iis quos Cosacos vocant non pauci in auxilium Suae Caesaris Majestatis missi Moraviae fines attingissent, Venerabilis vir D. Joannes Sarcander pastor in Holoskoner et christi-  
 nitate decano in diocesi Comucensi magno suorum numero comitatus S. S. Eucharistiae sacramentum ea qua par erat reverentia secum deferens eis obviam processit, confidens christianos milites vel presentia S. S. Sacramenti, vel Christi servatoris vi occulta permotos alio iter flexuros, et a suis manus cohibituros, neque opinione secus accidit cessit Christo miles, et aliam ingressus est viam, verum quae res subditis bene ipsi cessit pessime. Calvinistica quasi furis agitati in virum pium manus injiciunt, in carcerem detrahunt quasi patriae proditorem, et publici boni hostem mense Februario anni 1620. Productus in concilium malignantium varie accusatur, sed nullius sceleris vel pro-

pria confessione, vel probabilibus testimoniis convincitur. Quid agunt clemen-  
 tissimi Domini an crudelissimi carnifices? Virum innocentem, nec caritatem  
 ejus nec pietatem qua ubique optime audiebat, veriti, manibus post  
 terga revinctis in catenam tollunt pergrandem et bene ponderosam  
 lapidem pedibus allegantes. Cum nec hoc modo quidquam ab innocuo  
 extorquerent severius agendum rati faucibus et cordellis latera, renes,  
 pectus, ventrem, dorsum adurunt, pice et sulphure in scapulas et  
 humeros seriunt. Perstitit in hac tortura vir sanctus tribus totis no-  
 ctibus ita crudeliter exceptus, ut non tantum ossa pelle et carne  
 nudata sed et natura abditissima intestina conspicerentur, nec  
 tamen quod unum querebatur quidquam de sua proditione,  
 minus de subditorum catholicorum, quos complices volebant fassus  
 est. Sola sanctissima nomina Jesus, Maria, Anna, crebro repetebat.  
 Cetera ita faciens, ut nec voce dolorem proderet. A gehenna ad  
 carcerem (mortuo quam vivo similior) reductus insigni crudeli-  
 tatis exemplo tres integras hebdomadas in eo sine auxilio, sine  
 consolatione feræ aut cadaveris instar deseritur. Nec hoc tamen  
 sic dissimilis factus vel ullum accusavit vel de doloribus suis aut  
 hostium feritate, se tantum corpusque suum a divo Paulo  
 electus hostiam viventem, sanctam, beneplacentem millicies  
 offerebat, donec sub finem tertie hebdomadis Martii die 19.  
 ad eum quem confessus erat animam transmisit. Corpus viri  
 sancti necdum terra abditum in carcere a catholicis die  
 a morte septimo repertum est non fœdum aut foetidum  
 sed grato odore et colore, nec præsertim vultu et humeris.  
 Ea causa illud in S. Virginis Olmuncensis sacra sede ante  
 S. Laurentii (quem secutus erat ignem patiens) altare  
 reprobierunt. Nec diu potuit virtus sancti viri latere, patefecit

eam Deus miraculis, nam ut de aliis Auceatur paralytica mulier subito restituta, inveni cæco visus est redditus. Dicitur Deum voluisse Romanæ catholicæ Calvinistica tyrannide oppressos solari, et quibus predicatorum fidei erepti erant iis per mortuum pastoris corpus in catholica religione constantiam suadere, Calvinistis hoc spectaculo contestans veram esse etiam de hoc sancto viro Davidis sententiam: Probasti cor meum, et visitasti nocte, igne me examinasti et non est inventa in me iniquitas. (Psal. 16.)

Comes Bucquoyus inter Bohemos et Austriacos rebelles a Vienna arcebat, die 11 Februarii præclara Longolansii victoria potitus, et altera eaque in dominica Palmarum. In quo posteriore prælio equus ejus quinque vulneribus est confectus. Ut autem exercitui hostili admodum numero Bucquoyus impar non esset submisit a Philippo III rege catholice hinc veteranorum militum legiones, una Belgarum seu Wallonum sub Guilielmo Verdugo, altera Neapolitanorum sub Carolo Spinello: quibus duabus legionibus Pragensis victorie hoc ipso anno mense Novembri obtente palma præ ceteris nationibus debetur.

Sed ut cognoscat pius lector non tantum armis sed et maxime precibus a Deo Opt. Max. impetratam fuisse victoriam, mandatum archiepiscopi Mechliniensis illudque postremum subiungam.

Matthias Dei et apostolicæ Sedis gratia archiepiscopus Mechliniensis dilectis nobis christifidelibus sub nostra diocesi Mechliniensi constitutis salutem in Domino. Quam continuis



et periculosis bellis nunc affligatur Ecclesia Dei in toto fere orbe  
 Christiano cum propagatione heresum et indicibili perditione  
 animarum nemo ignorat, idque propter justam Dei iram  
 peccatis nostris provocatam. Quare summe necessarium est, ut  
 per veram penitentiam cum fiducia ad Thronum gratiae  
 Dei conversi, continuis precibus et operibus bonis misericordiam  
 Dei imploremus, quo principibus omnibus Christianis veram con-  
 cordiam et victoriam indulgendo Ecclesiae suae propitius defensor,  
 et protector esse dignetur. Ideoque hanc formulam continuanda-  
 rum precum publicari et pie observari instanter requirimus  
 et mandamus per totam hanc diocesim Meckliniensem nobis  
 Cliech indignis commissam: nimirum ut in parochialibus qui-  
 dem ecclesiis designatis quoties earum ordo recurrerit praemissa  
 denunciatio Dominica praecedente e suggestu faciendam  
 V. Sacramentum matutino tempore in summo altari  
 statuatur canendo interim Tantum ergo Sacramentum,  
 etc. et ibidem usque ad meridiem relinquatur, et ante vel  
 post Missam fiat supplicatio extra ecclesiam nisi aeris  
 intemperies eam in ecclesia fieri suadeat idque cum  
 V. Sacramento et decantatione litaniarum, responsiorum et  
 orationum convenientium: et quando in ecclesia alicujus  
 civitatis principali erit processio clerus illius civitatis comita-  
 bidur. Quoad abbatias aliosque tam virorum quam virginum  
 et mulierum conventus, idem excepta supplicatione servetur, nisi  
 quod ubi commoditas est et numerus sufficiens V. Sacramentum  
 pridie diei precationis facturae in praecipuo altari collocabitur, et  
 in ejus honorem laudibus decantatis religiose personae ibidem

sibi mutuo succedentes in precibus pernoctabunt; sed et in capellis, et ubi persone pauciores sunt, pro discretionis illosum, qui illis praesunt, orabitur: Patres autem Societatis Jesu, et Ordines mendicantes rogamus et hortamur in Dominis ut praeter supradicta pridie precationum, vel ipso die ante prandium brevi hortatione populi devotionem excitent; parochos etiam et concionatores ut crebro harum precum necessitatem et vim plebi proponentes eam ad illas pie frequentandas excitent, jejunia, eleemosynas, visitationes reliquiarum, sacram communionem, et alia pia exercitia serio commendent. Et ad ea libentius ac alacrius subeunda omnibus et singulis, qui pridie dici precum jejunaverint aut ipso die in ecclesiis ubi ex tunc fuerit processioni interfuerint, aut iter Peter et Ave devote ubi processio non fiet recitaverint 40 dierum indulgentias largimur. Datum Mechliniae 4 Maii 1620.

Ordo et series continuandae orationis a dominica quarta post Pascha quae erit 17 Maii. Hebdomada tertia, feria 6 statio Mechliniae Lovanii Brusellae apud Cartusianas.

Paulo post obiit dignissimus hic prelatus qui hac cedula omnibus recommendatus fuit.

Commendatur devotis christifidelium precibus et sacerdotum sacrificiis anima <sup>4<sup>mi</sup></sup> III<sup>mi</sup> et <sup>7<sup>mi</sup></sup> 70<sup>mi</sup> in Christo Patris Domini Mathiae Hovii archiepiscopi Mechliniensis Belgarum primi assistis: qui post multos pro Ecclesia Dei labores ac sollicitudines, et praecleara tanto praesule digna virtutum exempla 30 Maii anno Domini 1620, aetatis 78, sacerdotii 54,

Pontificatus 28 magno sui desiderio relicto in monasterio suo Affligiensi admodum pie obdormivit in Domino.

1 Cim. 5.

Tempore præsulatus sui, præter abbates abbatissas, templa, altaria, consecravit episcopos undecim, presbyteros bis mille quadringentos octoginta duos, diaconos bis mille septingentos septuaginta septem, subdiaconos bis mille septingentos nonaginta, minorum ordinum clericos bis mille septingentos tredecim præter innumeros, quos verbis Cypriani epist. 24 dico clero proximos fecit nostris dicere. Mansura clericali insigniuit. Cui labori accessit et alius non tam mole corporis quam sollicitudine onerosus. Legerat enim Apostolum dixisse: Manus cito nemini imponeris, quod est, ante maturitatem ætatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ, inquit Leo epist. 87. Hujus negotii sollicitudo fecit Matthiam examini ordinandorum, quantum fieri potuit personaliter præsidere, insuper testimonia pastorum præsidium populi lege lata requirere anxium, ne quod ab legatis appropuit apostolus peccatis communicaret alienis. Dixerat enim quod dixit Leo, inferiorum ordinum culpe ad multos alios magis referende sunt, quam ad desides negligentisque rectores. Quibus omnibus rite cognitis per Breve apostolicum scripsit ipsi laudatissimus Pontifex Clemens VIII: Sua ista pastoralis vigilantia omni certe commendatione digna est: pie, sancte vitam instituis, vivas, doces verbo, exemplo: te denique verum pastorem ostendis non mercenarium. Quam grata, quam jucunda hæc nobis acciderint, ex alio cognosces fuisius. Hæc Clemens.

Hic prælatus consecravit nostram ecclesiam, cimiterium

utrumque sacellum ad portam altare in Schuet, et quot-quot in nova domo professi erant sacerdotes. Præterea dedit fenestram in magno ambitu, et Patribus Anglis sæpius eleemosynas in Quadragesima circa 50 aut 60 florenorum.

Capitulum generale celebratum est in Cartusia 18 Maii et sequentibus ad quod ascendit P. Emmechorius Convisitator.

Clericorum monachi 57, Conversi 18, Donati 6, Moniales 3: personæ 84.

Nominatissimus S. Bertrandus Chalup professor Cartusie, Prior Cholose, Visitator provincie Aquitanie, et alias Prior domorum S. Stephani et Brunonis, et Vallis Profunde et Visitator provinciarum Lombardie remotioris et Francie, obiit 20 Septembris anni præteriti. Habuit monachatum plenum. In nostra provincia S. Adrianus Dorpius professor et Vicarius et alias Prior domus Capella habuit Missam de beata Maria. Vir misericordiarum qui in caritate maxima amonere gentilibus suis effusis liberalitatis habenis subvenit; flagrante Rinvienis oppidi incendio. Ipse idem diversa exilia et diversas querere terras coactus modo inter Sicambros, modo in Cartusia Erfordie partem erumnarum suarum devoravit: unde per Visitatores revocatus tandem et ipse in collegam assumptus est; decessit e vita anno 1619.

S. Joannes Warensis professor Leodii et ibidem sacrista, in quo officio obiit in domo monachorum Brugio qui ibidem permansit ab anno 1609 fere semper Vicarius fuit Statutorum zelosus et diligens et a paucis diebus accepit duos libros manu ipsius scriptos collectanea super evan-

gelis totius anni continentes. Habuit vehementiores tentationes spiritus san-  
in vita quam in morte. Postquam celebrasset postremo praedixit se non  
amplius celebraturum.

In Hispaniis obiit de Joannes de Madnaga professor Portae caeli  
doctus et humanissimus, qui hispanice vitam Geraphici Patris S. Brunonis  
Patriarchae Ordinis Cartusienis in lucem edidit impressam Valentiae in  
aediis Petri Patricii Hoey una cum originibus et consuetudinibus sacri  
ejusdem Ordinis, quae librum secundum faciunt, et censor judi-  
cavit librum multa cura et studio compositum et crisi  
exquisitionis libraminis ac sub spe maxime utilitatis in usum  
praecipue et solatium Cartusianorum elaboratum, quem si  
attente praesentique animo legerint proderit eis ad sublevandum  
animum et ad onus religionis aequanimus ferendum.

Ex secularibus obierunt Ill<sup>mus</sup> D. Wolfgangus Jacobus Comes  
Schwartzenbergius e familia fundatorum domus in Aethen.

Ill<sup>mus</sup> D.D. Henricus de Bichelieu gubernator arcis et civi-  
tatis Andegavensis, exercituum regionum mareschallus, cujus duo  
filii sunt jam Cardinales et primus regem et totum regnum  
gubernat, alter professor est Ordinis nostri.

#### Ordinatio Provinciae

Priori domus Capelle non fit misericordia. Et P. Vvita-  
lore sive alter eorum cum socio provideant super aedificiis  
contentiosis nostra plena autoritate.

Contentiosam finem ita ex diverso traxerunt officiales ut  
factus sit finis et potentatus super annum absoluti ut dicimus.

Priori domus Lyrae non fit misericordia et S. Nicolaus Bevers  
professor domus Lyrae revertatur ad domum suae professionis; fue-  
rat ibidem sacrista.

Priori domus Diestensis non fit misericordia et frater Paulus Con-  
versus professus domus Bruelle vadat ad domum Lovanii. (Habi-  
tavit in dicta domo 9 annos continue.)

Priori domus Lovanii non fit misericordia. Et D. Simon Poete  
ibidem professus vadat ad domum Sylve S. Martini, ibique  
exerceat officium sacriste. Et D. Jacobus Gossens professus do-  
mus Capelle vadat ad domum Diestensem, et Antonius ibi-  
dem Donatus vadat ad domum dictam Diestensem, et  
D. Andreas Lintz professor ibidem vadat ad domum Capelle  
et confirmet se ceteris.

Domui Ghene Anglorum pastore orbatæ præficimus  
in Priorem D. Thomam Habes, qui erat Procurator, et  
nunc sunt 12 anni ex quo perseverat in prioratu. Et D. Da-  
niel Chuer ibidem professus vadat ad domum Lyranam.  
Hic erat probus religiosus sed satis inquietus, et impeditur  
quo minus fieret electio, sperans se a Capitulo impetraturum  
aliquem Hispanum, qui esset, velut alter D. Petrus de  
Leon.

### Ordinationes

Insequentes decretum Summi D. Pauli Papæ V, præ-  
cipimus omnibus et singulis personis Ordinis nostri ut acce-  
dentes ad loca, in quibus sunt monasteria aut domus Ordinis  
in eisdem morari et vivere habeant, nec alio divertant  
reservata Sedi apostolicæ super eo dispensandi facultate.  
Quia quidam articuli in Statutis correcti sunt per apo-  
stolicas constitutiones vel ordinationes Capituli generalis vo-  
lumus ut eorum correctio apponatur in margine cum aliquo  
signo ne quis errore labatur.

Lana 42. V.

D. Antonius Vander Brand professor domus Lovaniensis in omni  
 vite statu inconstans, dum soleretur ut sacerdos secularis, alias  
 quempiam ipse non ferebat, dereliquit curiorem et postea adhaesit  
 Domino cuiquam ut sacellanus cum quo profectus ad Montem  
 acutum dum ibi celebraret, et peracta communiione cum ciborio  
 benediceret assistantibus coopericulum in terram decidit cum ma-  
 gna ipsius confusione. Eandem vite istius pertusus vel ex  
 paupertate coactus Cartusiam adiit, et petiit a R. Patre rur-  
 sus in Ordinem admitti, qui ad aliquam proximiorum do-  
 mum misit ut rursus a ~~Monasterio~~ <sup>Monasterio</sup> inciperet, sed Prior istius  
 domus maluit a suo officio absolvi, quam eum recipere, re-  
 ceptus a successore paucis ibidem mensibus mansit, ~~hæsit~~, qui  
 demum R<sup>mum</sup> — Jacobum Poonen tunc archiepiscopum Me-  
 chliniensem adiens sperabat pristino favore amplecten-  
 dum. Verum ad ejus aspectum immutatus præsul quam-  
 vis natura et nomine sim bonus, non possum sustinere,  
 ait, istud scandalum et tunc allegato canone cujusdam Con-  
 cilio volebat ut ordo eum reciperet, et volentibus superioribus  
 apud cellitis carceri mancipatus fuit, a quo se exemit  
 dum forte Prior Leodiensis eum inviseret, et ostium reli-  
 quisset apertum. Videns igitur se hic tuto non versari in  
 Germaniam, ni fallor, cum militibus profectus in isto misero  
 statu et pædore mortuus est. Alius istius domus data pe-  
 cunia redemptus fuit a publico scandalo, et inclusus, et rursus  
 effugitus adhuc per mundum vagatur, heu miseri, qui quam-  
 vis aliquando reurgant rursus alia occasione concidunt, et tan-  
 dem post multas labendi et reurgendi vicissitudines damnantur.  
 Præsupposita humane nature corruptione necesse est ut veniant

scandala, inquit Christus, qui et Judam elegit in numero Apostolorum, cum sciret ipsum esse fictum aut hypocritam, aut si ut quidam volunt, in principio electionis fuit bonus sciebat tamen Dominus eum non perseveraturum, quo doceret nos suo facto tolerare in Ecclesia malos; nec facile reperiri aliquam tam sanctam quantumvis paucorum collectionem, in qua non aliqui sint impii.

Nota

Inde fit ut unaqueque professio male laudata cum invitaverit homines laude sua inveniant illi, qui illuc veniunt aliquos quales ibi esse non credebant et offensa a malis resiliant a bonis. Et haec provincia non suo tantum sed et aliarum provinciarum onere gravabatur, et a principio Junii domus per ordinem mensuam pensionem fere 30 florenorum pendere debuerunt. Cuiusdam professo domus Papae N. Mellanio cognomine ex mandato Ill<sup>mi</sup> Runtii ad quem confugerat, et honesta veste sacerdotali donatus ab ipso prelato fuit et benigne auditus in sua propositione qua allegabat se etate minorem intrasse ordinem atque etiam allecctum fuisse, praeterea molestis noverca dono exire compulsus fuisse. Erat autem natione Trajectensis ad Mosam, propterea superiores sedis levandi causa ad hunc provinciam amandaverant, et aliquot annos in domo Leodiensi habitavit, et tandem domum remisit atque pro merito 300 florenis donatis non in Italiam sed in Hollandiam se contulit atque aliquandiu Julias sub confederatis ordinibus militavit, et inde huc venit. Runtius a S. Severino vir apostolicus ut animam hominis lucraretur inquisitionem instituit de molestiis ipsi exhibitis a noverca, et misit Trajectum



qui testes audirent secundum quorum relationes illum ab ordine  
exemit, et in sacerdotii secularis statu civil, militiam maxime  
sequitur fungens sacellani officio.

Propter quod negotium contigit P. Visitatorem nobis adesse dum  
stationem habuimus 5 Junii ad publicas preces Deo fundendas pro  
prospero statu Ecclesie maxime in Germania, et ipse Meinam  
conventualem cantavit et V. Sacramentum in supplicatione detulit,  
ac antiphonas Tantum ergo et G. Salutari ipsemet inchoavit. In  
sacello quoque anteriori expositum fuit V. Sacramentum quod  
nunquam ante factum fuit. pro quacumque solemnitate aut  
necessitate, fueruntque religiosi deputati qui ibidem orarent et  
celebrarent sicut et in ecclesia (sed revera personarum numerus  
non sufficiebat.) neque defuerunt seculares qui sacellum fre-  
quentarunt etiam post prandium. Et mane Comitissa de Buc-  
quoy cujus maritus cum multa laude praeerat exercitui impera-  
toris in Bohemia Meinam ibidem audit, et D. Faucomprez  
obtulit illi libellum a se compositum.

Reverendi Domini decanus et canonici ecclesie metropo-  
litane Mechliniensis, insistentes decreto sacri Concilii Tridentini  
sess. 24, cap. 10 de reform. et concilii provincialis Ail. 16 cap. 6  
per totam hanc diocesim singulaque monasteria et paro-  
chiales ecclesias preces indicunt, quibus clerus populusque  
bonum a Deo pastorem sedi archiepiscopali per obitum fe-  
licis recordationis <sup>4<sup>mi</sup></sup> Ill<sup>mi</sup> ac <sup>6<sup>mi</sup></sup> R<sup>mi</sup> Domini Matthaei Flovii  
vacanti valeat impetare. Datum Bruxellis 10 Junii 1620.

Gylvester Verhaeghen decanus Bruxellensis.

In festo P. Trinitatis ob eam rem habita est in S. Gudula  
solemnis supplicatio. Et prout omnes constanter arbitrabantur in

archiepiscopatu successit Jacobus Boonen Gandensis antea episcopus: cuius locum excepit Antonius Criesius Brugensis antea episcopus, Brugensem vero cathedram adeptus est Dionysius Christophori ejusdem ecclesie decanus. Tunc dicebantur episcopi imitari regimen Ordinis Cartusienis qui Priores suos de domo in domum frequenter transferunt.

In jejuniis quatuor temporum infra octavas Pentecostes misit V. Prior D. Nicolaam Dierhoubt D. Procuratorem comitatum Antuerpiani ad suscipiendum minores ordines et subdiaconatum, quod sedes archiepiscopalis Mechliniensis vacaret, (prout dictum est) cum prima Amen Ill<sup>mo</sup> Nuntium super hac re consultasset qui benigne ei responderat regulares exemptos non indigere demissioni litteris, prout Patres Minorite facerent nos faceremus, tempus adesse uti privilegiis concessis, alias P. Prior fore in aliud tempus distulisset, quod decanus et canonici S. Gudulde propria darent responsum, sed isti sunt adversarii ut in tali re non sunt consulendi: S. Procurator interrogatus a R<sup>mo</sup> D. episcopo Antuerpiensi cuius licentia nostrum adducere illic ordinandum respondit Ill<sup>mo</sup> D. Nuntii apostolici; illi licentiam postulavit sibi in scriptis porrigi, quam cum non haberet: allegavit privilegia Ordinis quamvis nec ipsa penes se haberet, sed respondit episcopus sibi de eis constare et recenter legisse ea nobis a Summis Pontificibus concessa: atque igitur vigore privilegiarum restorum, inquit, annuemus petitioni vestre.

Postquam igitur predictus confrater ordinatus fuit non sustinuit Antuerpiæ manere, cum necdum ibi habiturus

domum Ordinis) sed illico e templo navem cum D. Procuratore ascendit zelans honestatem Ordinis, et gratiam in Ordine suscipiendo collatam conservare et in hoc imitans D. Jesum, qui post Baptismum spiritu ductus est in desertum, sic ipse solitudinem repetit et cursum officii divini, ut ipse cum D. Procuratore eadem nocte matutinis in domo interessent; cum e contrario laicus quidam et e senioribus quidem exerrime ferret sibi non licere ad dedicationem Antuerpiensem (quae sequenti die S. Trinitati sacro celebratur) ire, cum hic religiosus adeo juvenis et qui perpetuo in claustro degit tali curiositate detineri non potuit, patefecitque se Dei amore in cella inclusum manere.

Circa festum S. Joannis Baptistae quod occurrebat infra octavas V. Sacramenti divertit ad hanc domum D. Joannes de Meldeeman natione Namurcensis, professor autem majoris Cartusiae atque ibidem Coadjutor, quem R. Pater cum D. Emmechovio Comitatore post Capitulum dimiserat ut propius cognosceret de statu domus et provinciae, et quidem volebat imponere onus Commissarii pro visitandis domibus ad formam Ordinis sed pro humilitate recusavit. Interim dissimulabat rem propter quam venerat et agebat cum Domino comite cubiculario Lux Celitudinis de negotiis majoris Cartusiae vel visitabat parentem senem et extreme egrotantem et alias domos Ordinis nec non novellam plantationem prope Inulas. Patri autem officiales P. Prior et Procurator omnibus obsequiis eum excoluerunt et demereri studuerunt et unus semper illorum dum foras iret eum comitabatur, et ut P. Vicarius mihi facile persuasit eum sumptibus subleva-

bal, quin etiam famulum novis vestibus P. Prior induit (ni fallor) qui dicebat conventui, eum indiguissse sed non propterea debeamus solvere et in civitate apud amicos domus curabant convivio excipi, et cum domum civicam lustrasset, et ex turri ipsam civitatem, dum descenderet quidam notarius Dominus Asbrouck avunculus fratris Andreæ Conversi (ni fallor) præbuit illi in suo museo collationem. Nichil omiserunt ut passent illum demereri, prudentius agentes quam ille Prior qui avenam equis et sufficientia alimenta P.P. Commissarius denegabat; et quamvis non potuerint avertere fatalem necessitatem et absolutionem ab officiis, tamen ipsius favorem etiam nunc et postea experti sunt et P. Pater gratias per litteras egit D. Priori quod religiosum a se missum tam amice tractasset, et invitabat eum ad Cartusiam ubi vicem ei redderet. Sed P.P. Visitatores dissuadebant qui dicebant nunquam tam benigne se invitatos. Religiose et modeste apud nos se habuit, chorum frequentans nocte diebus 12 lectionum et interdum cantans conventualem Missam: fuit etiam tractatus in Scholæ ab officialibus, et dixit P. Priori illum debere erigere crucem in cimiterio ubi fratres et benefactores requiescant, cuius admonitioni volens acquiescere, proximis minutis ultima Augusti, P. Vicarium ultimum professum antiqui monasterii rogavit ut una cum conventu eo se conferret, ad locum cimiterii propius ostendendum. Ipse alios præcessit et ibi (sicut sæpius solebat) Missam celebravit. Nos quoque peractis laudibus et precibus in sacello ad cimiterium simul

omnes perrexiimus, cujus locum P. Vicarius ostendebat ecclesia proximior  
 rem et facile quartam partem pomerarii intra nonbitum occupasse,  
 nec hac relatione senioris contemptus P. Prior jubet fratrem Joannem  
 Donatum et vivarium ibidem custodem fodere terram ubi vi-  
 debat paulo eminentiorem ut vel minimum os inveniret, quo  
 constaret ibidem fuisse cimiterium, quod tum facit alii passim  
 dilabuntur ad vicina loca, auram captantes, donec annuntietur fos-  
 sorem ossa offendisse, tunc omnes accurrunt etiam rustici, Et  
 jubet P. Prior cranium extrahi quod erat integrum et alicujus  
 junioris, et precepit Donato illud lavare et servare donec de illo  
 statueret. (Volebat enim in cruce ibidem erigenda collocare  
 propterea et alia perquisivit propterea, quæ magis putrida in-  
 venit, et tandem nihil fecit nisi ossa martuorum inquietare.)  
 Tunc pro requie anime illius cujus ossa Aurbaveramus probatum  
 De profundis legimus, et ut in crastino memores essemus in  
 Noissa, dixerat P. Prior totus animosus, dum primum juvit  
 fodi, protens est Deus jam ex nihilo thesaurum creare. Nec  
 omnino eum opinio fefellit, nam non pauci corde compuncti  
 fuerunt atque iste est pretiosus thesaurus, sapientia scilicet  
 quæ declinat a malo et facit bonum, quam nobis parit  
 memoria mortis teste Salomone qui ait: Memorare novissi-  
 ma tua et in æternum non peccabis, hinc hæc audiebantur  
 voces: Ad quid devenit homo, et cum apparerent vermes parvi  
 et albi: putredini dixi pater meus es, mater mea et soror  
 mea vermitibus. Videbantur fratres nostros rursus prodire velle  
 ad auras, aut ad judicium citari. Nichil ex hac operosa  
 actione secutum est, ut dixi, nisi inquietatio dormien-  
 tium. Transivimus Anderlacum usque, P. Prior cum

P. Vicario reversus est in civitatem.

Hac estate P. Procurator restituit Aralem medium in sacello memorato de Schuel non quidem laminis aureis sed assibus delatis ex quercu atque crucifixum (reperitum supra fornicem ecclesie novae) imposuit.

Fenestra ambitus quantum ad lapides perfecte fuerunt in Junio, et nisi pro octo fenestris vitra desiderantur. Et ostium latinarum (quae infliciebant introitum ecclesie maxime postquam ambitus fenestris conclusus fuit) obstructum est et aliud a parte hosti factum est: et aliqui optarent rudibus repletas.

16 Junii V. Prior injunxit omnibus sacerdotibus ut in omnibus Missis de vivis legerent collectam Deus refugium, vel aliam pro prospero successu expeditionis susceptae ab Ill<sup>mo</sup> Marchione Spinola, qui ab cito diebus hinc discesserat cum copioso exercitu Ariginta et amplius milium virorum, multisque pecuniis (quae nervi belli dicuntur) Germaniam petens.

Eodem fere tempore Saxo in Lusatiam, et Ambrosius Spinola Marchio Venapri in Palatinatum cum praedicto exercitu apud Belgas conscripto copiisque Halicis aucto irrupit, Crucenaco Oppenheimio Bacheraco Craubaco et aliis locis ad deditonem compulsis.

15 Augusti obiit D. Petrus Serval professor Cartusiae, hapes in domo Lugdunensi, alias Prior ejusdem, nec non et domus Montis Dei Visitator provinciae Picardiae. Hic Pater fuit magnus zelator Ordinis pro quo multos labores subivit, multas provincias autoritate Capituli ge-

neralis et R. Parisiis visitavit, etiam remotissimas Hispaniae et Lusitaniae domos, et his hanc provinciam, et ob alia negotia ad aulas principum Commissarius et delegatus R. Parisiis missus Bonam, Hagam comitis, ad regem Franciae rēpuit. Et ad servitutes dicam potius quam honores factus videbatur, nam urbanitate praestantia animi et egregia corporis forma praeditus erat, nec minus experientia valebat, nam ante ingressum Ordinis fuerat archidiaconus Rhemensis, ni fallor, saltem sacerdos ibidem, et cum R. Patre Brunone d'Affringues novitius receptus in magna Cartusia a R. I. Hieronymo Marchant, cujus curam gessit in extremo infirmitate etiam tum R. novitius: aliquoties fuit scriba Capituli, et ad obsequia praestanda Prioribus adventantibus paratissimus. Denique se solum Deo et Ordini devovisse videbatur. Quamvis postulasset a R. Patre absolutionem a Prioratu Montis Dei, post aliquot annos rursus ad Prioratum domus Lugdunensis promotus fuit, ibique defecit viribus et sensu ob vehementiam morbi (calculi enim laborabat) et in suburbanam domum olim Monialium Polentensem amandatus dolorum et vitae finem accepit.

In festo Nativitatis B. Virginis vicinus noster Hare Francus natione et devotus vir qui nostram ecclesiam frequentabat obtenta pridie a V. P. Pione licentia vocavit quosdam sibi notos cum quibus circa vesperum (cujus anniversarius dedicationis dies celebrabatur) Psalterium in honorem B. Virginis et aliquot psalmos cum instrumentis musicis decantaverunt ut excitarent vicinas ad pietatem (nullus enim monachus interfuit.) et occurreretur aliis

malis et insolentis, nam ante unam atque alteram septimanam ante predictum sacellum et portam nostram quidam tripudiabant, et nonnullas surpes canthilenas decantabant, quod urgebat in nostrum magnum dedecus, atque ut eos inde facerent portarius necesse habuit pulsare aliquoties campanam dicti sacelli, atque optandum esset ut V. Prior non solum permitteret sed saepius fieri mandaret, nam in sacello antiqui monasterii singulis diebus (prout habetur in libro sacristae; paedagogus cum discipulis suis, qui a nostris alebantur) circa vesperum devote et alacriter in honorem Mariae Matris Christi laudes deprecabant. Et rariora sunt sacella circa fines hos civitatis.

Nota de Haer. Hoc septimana Dominus Maximilianus Plouvier seculi  
similiano Plouvieris legionis Comes d' Emden ac ejusdem economus  
vier. ac consiliarius tribus continuis diebus nobis pitantias in  
civitate paratas subministrari largiflue curavit, sed quasi  
per eas rigor Ordinis relaxaretur quidam, qui forte non  
norant abundare et penuriam pati, oblocuti sunt, et quod  
de foris per civem Ghindertalen Patrem S. yudoci parate  
fuissem. Nec tantum nobis improperatum fuit sed  
et benefactori, qui hoc anno adhuc satis abundanter vi-  
num conventui dederat: quo ista tenderent. Brevis post  
intelleximus cum vidimus eum sub finem mensis  
in profecto S. Michaelis cum S. Joanne Meldeman  
Coadjutore in majorem Cartusiam proficisci confra-  
ter Ordinis futurus cujus benefactor fuisset. (nam et



in ambitu fenestram dedit) Aliis etiam monasteriis in hac civitate benefecit, cumque viderent, eum amici et noti tam liberalem, et quasi prodigum bonorum suorum, jam eadem in animo contempnere non fallaciter autumabant. Nam a duobus circiter annis serio proposuerat Ordinem nostrum ingredi, verum locum aptum et magistrum idoneum indagabat; consilium suum et propositum secreta communicabat cum P. Joanne l'Apastole seniore nostro, qui ei Dorlandum, Tutorem et alios scriptores Ordinis nostri dabat ad legendum; non dubium quin orationes ejus et elemosynæ ascenderent in memoriam in conspectu Dei qui misit ei prefatum P. Meldeman tanquam angelum suum qui educeret eum de terra et cognatione sua, et perduceret ad locum celitus olim Parenti nostro S. Brunoni ac sociis ejus demonstratum, in quo videre adhuc licet recentissimum virtutis ardorem et spiritum primæ institutionis et observationem religiosarum legum. De hoc neophyto habet alma mater Cartusia quod Deo gratias et sibi congratuletur quamvis quinquaginta pene annos ætatis completeret, nam attulit ei pecuniam sufficientem ad se alendum (tria vel quatuor millia florenorum) et erat vir multis animi dotibus ornatus et multarum linguarum peritus, valde familiariter usus fuit Ericio Puteano cujus litteras ad ipsum datas plurimas penes me seruo, de quo si alibi scripsit: Maximiliano Plovviero viro nobili et amico.

Hoc scio tecum loqui etiam sub epistolari hoc velo amœ-

num esse, atque adeo cum magno sapientie fructu. Etenim cum se inducor libertas quedam me trahit, et nescio quis stimulus bonae mentis; ut jocari et simul philosophari audeam id est geminas suavissimi ingenii tui dotes imitari, lepos merus es et hisce velut flosculus honestas illa animi tui, virtus prudentia ornantur plura dicerem, nisi et verecundia tua obstaret, et ego jam virtutibus tuis deberem. Est ad Vostum Patrum.

Is Maximilianus Florvicius est, ille ipse quem vides, ille magnis animi dotibus ornatus, quae vel a vultu, oculoque se produnt, videre academiam vestram, videre viros doctrina claros cupit, et a se ecce orbitur, generosus amor virum agit stimulatque.

Meo tempore nescio an persona tam bonae notae ex hac provincia ad nostrum Ordinem accesserit, nisi forte D. Petrus Daems Antuerpiensem mihi quis officiat, sed adhuc hic parentibus subditus erat, comitem se eis praebuit et alius egregius adolescens.... Quare Audomarensis filius consilarii ibidem accessit et Tertius sacerdos secularis Athenis, qui in via recessit ab eis, quod comitibus non ita se gratum perspiceret.

Ea celebritate qua superiori anno et nunc celebravimus S. P. N. Brunonis, et circa octavas ejusdem S. Prior recepit ab archiducibus 400 florenas pro solutione tertiae cellae nomine ipsorum redificatae quae littera D nota. Fur, receperat adhuc semel totidem et prima vice sexcen-

hos in summa sunt, quadraginti et mille floreni.

In eodem festo S. Brunonis suscepit habitum Conversi in domo monachorum ... Brugis honestus juvenis Matthæus Molanus Brucecellensis pieta, qui nosam solebat frequentare ecclesiam, et prima dominica mensis post fratres laicos communicare. Terum eodem mense vitam cum morte commutavit. Vollebant aliqui nobis persuadere obisse præ lætitiâ admissionis ad habitum, quod alias non satis fortis viribus esset ut si quod onus levaret, manus tremere, sed postea intelleximus caput impigisse in aliquod demissius hostium.

S. Joannes Richardus professor noster et Procurator ibidem in vigilia S. Hugonis fuit a suo Priore sumultuarie convocato conventus ab officio Procuratoris absolutus, qui ut facti sui rationem redderet P. Visitatori Gandarum profectus est; et P. Visitator qui magis serus est ad hujusmodi absolutionis, obedientiam illi misit ut ad domum suæ professionis Brucecellas reverteretur, ne ibi majori tristitia absorberetur, quia non modicæ spei et expectationis vir erat, quem postea Prior magis suspectum et invisum habebat.

Circa idem festum S. Hugonis S. Procurator obtinuit a camera Computuum arbores quas plantavit in Schuel, et in villa Anderlactensi.

Hemici d'Wal Audita est his diebus Comitissæ Sampetræ mors immatura Comitissæ Sam. ad Pisonium Hungariæ metropolim infausto ictu petriæ mors prostrati. Erat nobili apud Lotharingos genere natus immatura. nempe d'Wal (quo etiam cognomine gaudet nostra fu-

milia quam etiam certo mihi constat, ex Lotharingia originem suam habere) sed virtute bellica et rebus fortissime gestis longe ille nobilior. Corpus honorifica pompa Viennam est delatum. (Michael Baudier contrarium scribit corpori scilicet fuisse illudum et caput abscissum ab his quibus 20 annis praeferat.)

Mense Octobri Bavarus et Pruvoius cum exercitus suos unum in corpus iunxerunt. Piceam aliisque Bohemiae oppida et arces expugnaverunt. Inde Pragam versus progressi die 8 Novembris, quae erat Dominica XXII post Pentecosten primo a Praga lapide collatis signis cum hostili exercitu felicissima dimicaverunt. S. Dominico natione Aragonia ex Ordine Carmelitarum discalceatorum Christi crucifixi effigiem in hostem inferente certaque a Deo victoriam pollicente quod dies erat octavus festi Omnium Sanctorum. Et manifestum in illa pugna celeste auxilium fuit. Exercitus namque omnis fusus, fugatusque quinque amplius milia hostium caesa, mille quingenti circiter demersi, et flumine Mulda absorpti, his mille (quos inter filius primogenitus Anhaltini) capti, tormenta decem majora cum septuaginta plus minus veillis militariibus adempta castra omnis opulentiae plena a nostris direpta: memorabili sane apud posterum victoria. Ea nostris vis quadringenti recidere: Palatinus ipse cum uxore, Anhaltino, Turriano et aliis proceribus in Silesiam turpiter fugit, et qui animo imperium romanum jam devorarat, vis reperit quo se tuto reci-

peret, crimisque rebellionis pudenda omne in ævum sterge expiarit.

Notatum a curiosis eo ipso die quo illustris illa victoria de hoste prædone parata est ex Matthæi Evangelio ab universa Ecclesia catholica recitatum Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ Dei Deo. Sequenti die Praga sese dedit et quatuor millia militum in ea præsidium ad castra Cæsaris transierunt. In urbe reperta regni corona, major item nobilitatis pars deprehensa atque inter alios filius et uxor Comitis Curriani. Diebus proxime insequentibus Launum Plannum Baconicum Saltzium, Corremberga, Brandicium Bomisprotum Carolostenium et alia vicina oppida Cæsareano militi portas aperuerunt.

Imperium quassare nefas quod Luena rates  
Fatidicæque pius firmavit voce sacerdos.

Notatum item Sanctis in celo degentibus diem illum, qui et festivitatis et mensis Novembris erat octavus sacrum fuisse. Vindictæ nimirum divinæ tempus advenerat, et lacessiti per annum divi in Calvinistas hostes suas arma pariter sumpserunt, ne eos porro in celo sedere cecos ac surdos putarent.

Cessante a Bavaro data est Maria, et prælio deinde inchoato P. Henricus Fitzsimon Soc. Jesu mesbyter. hymnum Salve Regina jussus est recitare utroque belli imperatore vicissim respondente

SI Deus et beata Virgo Maria pro nobis

QUI Contra nos.

Hæc est illa pugna ad septa leporum carceresque ferarum ubi infauſto nomine Bohemi caſtra fixere paulo poſt inſtar cervorum ac leporum fugituri, inſtarque ferarum fugandi ac maſtandi.

Hæc est illa pugna ad ſtellam quam abhinc biennio ſtella tremendo crine rubens protendebat. Hæc est illa pugna, quæ non modo Germaniam ſed univerſum orbem chriſtianum debellato conſphæo atque anteſignano a Calvinistarum tyrannide liberavit. Quia Palatinus niſi uno anno regnabit in Bohemia propterea vocatur chronaphice  
 Fi. Der. CVs rex hys. Mts

Anno 1619

Anno Deno et nono Ro. MI. Pa. Li. Lat. Mo. Wra. Ver. Vnd.

Anno 1620

Anno Vno et pro. XI. Mo. ſeq. Vnde Ba. Vero at. q. k. e.  
 BV. V. to. agente per. ID. Ia. ſtæ. W. ſtas. penas. Li. Ver. Vnd.

Hæc tam illuſtris victoria et repentina totius Bohemix recuperatio plurimum hinc inde lætitiæ excitavit, ut multis in locis cantatis hymnis in laudem Dei campæ pulſate, exploſa ſormenta bellica, et ignes publici hilaritatis indices excitati fuerunt, prout factum est. his Bruxellis 24 Novembris, et eodem die cantata fuit a V. P. Priore Miana de S. S. Crinitate, qui juſſit eandem iterare in privato a ſingulis ſacerdotibus.

Bavarus Liechtenſteinio principe Pragæ relicto Novembris 16 die inde diſceſſit et aſſumptis 1200 equitibus, peditibus 2000 monachium Bavarix repetit quam urbem die 27 ejusdem menſis triumphantis in ſpeciem prima poſt ſe 1500 curibus vehens ſpolia gloriæ ingreſſus est.

Non piget hic subnectere exempla litterarum quas idem  
Bavarius ex urbe Pragensi die 12 Novembris dedit ad Pau-  
lum V Papam.

Beatissime in Christo Pater ac Domine Domine elemen-  
tissime.

Post humillima Reptorum pedum oscula. Respexit  
hanc S. O. Max. Ecclesiam suam, ejusque hostes debellavit  
et fecit illustri sane victoria, quæ jure merito victoria  
Dei vocatur. Ego quidem et veni et vidi, pugnaeque præ-  
sens fui sed vicit optimus Deus, cui omnem victoriae ti-  
tulum gratissima mente ex solito adscribo: Vere manus  
Domini nobiscum fuit quæ hostem tam potentem, et  
loco tam munito sese opponentem devicit.

Nec sine singulari Dei providentia factum videtur,  
quod cum hoste congressi sumus ipso Sanctorum omnium  
octavo die, qui idem fuit cum Dominica XII post  
Pentecosten, quo Evangelium ritu romano prælegitur  
Reddite ergo Caesari quæ sunt Caesaris. Reddidit certe  
Palatinus Elector quamvis inuitus, qui ubi cladem sui  
exercitus accepit.

Ubi cum conjugæ Praga cessit, et vel hoc ipso  
catholicum agmen vicisse professus est. In qua Dei  
victoria, quædam prorsus admiranda contigere.  
Hostis erat numerosus, nec veterani militis robore  
carebat, hunc etiam locus fecit audacem. Nam in  
monte urbi Pragensi contiguo instructissimam  
contra nos aciem direxit. Et quamvis ego cum  
universo exercitu, tota pene nocte iter fecerim,

hoc solum fine, ut hostem assequi, et cum eo con-  
 fligere liceret, conflictus tamen initio admodum  
 iniquus videbatur, et impar cum hostes in oppor-  
 tunissimo sibi loco, nec minus munito facilem  
 in nos pugnam sortiti essent. At demum præmissa  
 deliberatione ante omnia Deo fidendum; et ope divina  
 nitendum esse rati, ex iniquo etiam et inferiori  
 loco hostem cominus aggressi sumus. Videbatur qui-  
 dem noster exercitus sub initium nonnihil nutare,  
 sed mox resumptis animis, et alacritate ivit in  
 hostes, et eos in monte profligavit, tormenta aenea  
 majora occupavit, omnibus adversæ partis aut cæsis,  
 aut in fugam actis, ita dispersi fusique ad inter-  
 necionem usque deleti sunt, nec prius destitere no-  
 stri, quam fuga dissipatos ad ipsam usque urbem  
 insecuti varia in eos cæde grassarentur, numerus quo-  
 que cæsorum exerevit, ut plura millia interfectorum  
 numerarentur, cum ex parte nostra vix centum  
 desideratis, plures tamen læsi sunt. Præter hoc ex  
 hostium numero cæsis aliquot capti, inter alios  
 principis Anhaltini filius natu maximus, qui etiam  
 graviter læsus est, duo Comites, et plures nobiles et  
 capitanei.

In eadem pugna præter centum vixilla decem  
 quoque majora curulia tormenta hostibus erepta  
 sunt. Hungari multis jam eorum prostratis ut fuga  
 se servarent in Moldam flumen sese precipitantes



tranantur, sed mille circiter in aquis interire dicuntur: et quidem pugna ad horam tenuit die (ut dictum est) octavo Omnium Sanctorum, qui sese de suis hostibus insigniter sunt, ulsi.

Altera ab hoc die tam vetus quam nova Praga (est enim tripartita civitas) obedientiam imperatori sine exceptione omni promiserunt.

Hodie quoque regni Bohemici status, Comites, Barones, nobiles crimen publice deprecati, mihi nomine Caesaris novum homagium promiserunt, et confederationibus omnibus, tam cum regno Hungariae, quam aliis initis renunciaverunt, ipsaque confederationum instrumenta ad meas manus tradiderunt.

Haque in hoc anno (Deo soli laus) Austria superior omnis Caesari subjecta inferior tranquillata, et ab hoste liberata, et complures Bohemiae tam urbes quam arces captae, ante Pragam hostilis exercitus profligatus, Praga occupata, et status regni Bohemiae in imperatoris fidem et obsequium reducti.

Haec S. V. compendio narrare, simulque Ecclesiae romanae gratulari par erat. Interim S. V. submitte et plurimum me commendo atque ad pedum osculum reverenter submitto 12. Novembris 1620. S. V. devotus et obsequentissimus filius et servus Maximilianus.

Ad has litteras Paulus V. Papa die 3. Decembris sic respondit:

Dilecto filio, nobili viro, Duci Bavariae Paulus P. V.

Dilecte fili nobilis vir felicissimum, et supra quam dici potest nobis et universae christianae republicae optatissimum Pragense victoriae nuncium attulerunt litterae tuae, quam quidem victoriam, ut de immensa Dei potentia confidentes non dubia spe praesumebamus, ita nunc de ea tam copiose tam mirabiliter parata, immortales ei, qui facit mirabilia magna solus, gratias agere non desistimus.

Tibi vero in visceribus Jesu Christi unice dilecte fili, totius Ecclesiae nomine cui immerito praesidemus, ex intimis praecordiis gratulamur quod nimirum res adeo praeclearas tam fortiter, tam brevi tempore gesseris, ut quemadmodum scribis, veneris, videris, et Deo duce viceris perfidos Christi hostes, et romano imperio rebelles. Laudes tibi, usque ad mortem anima mea Dominum, quoniam adiutor et protector factus est nobis. Equidem nobilitatis tuae litteris lectis, toto spiritu in Domino exultantes Ecclesiam S. Mariae Majoris petivimus, ibique humiliter prostrati cum lacrymis de summo accepto beneficio debita persolvimus, tum auctori omnium bonorum Deo tum ejus sanctissimae Matri misericordiarum et Reginae Sanctorum omnium; in quorum sollemnitate die octavo victoriam divinitus tibi delatum fuisse, scribis; ut minime dubitandum sit, quin tibi pro gloria Dei strenue dimicanti caelestis exercitus auxilium illa die praesens adfuerit. Ad hujus porro bene-

ficii magnitudinem, quam grato possumus animo prosequendam solemnes indiximus in hac urbe supplicationes ab ecclesia S. Mariae quam appellant supra Minervam ad ecclesiam S. Mariae de Anima: ad quam Nos venientes sacrosanctum Missae sacrificium Omnipotenti Deo in gratiarum actionem obtulimus. nullum certe erit tempus, in quo cellati eximii doni memoria ex animo nostro deleatur, quin semper indies magis magisque vigebit: sicut et illustris tuae virtutis suorumque gestorum immensa gloria perpetuo nobis ante oculos versabitur omnisque consequens aetas meritis illam laudibus celebrare non desistet.

Nec est quod aliquo pacto vereamur ne ista tua virtus unquam defatigetur, quin firmiter sperare debemus eam ex ipsis pro Christi atque ipsius Ecclesiae honore feliciter susceptis laboribus majores quotidie vires accepturam, deque christiana republica majori etiam, si fieri posset, conatu optime promereri nunquam cessaturam. Quo sane fiet, ut antiqua Bavaricae familiae decora tuis egregiis factis indies exornentur, et cumulentur; et ipse temporalis atque etiam aeternae felicitatis amplissimum praesidium ab eo, qui est liberalissimus remunerator consequeris. Nos certe tantum nobilitatis tuae merito tribuimus, ut quae unquam a Nobis atque ab hac sancta sede in te, tuamque familiam proficisci poterunt, ea semper nobis parata fore, pro certo habeas velimus. Interim nobilitati tuae a Domino secunda omnia

optamus et precamur, et iterum posterna nostra benedictione, toto cordis affectu benedicimus. Datum Romæ apud S. Mariam Majoram 3 Decembris 1620, anno 16 Pontificatus nostri. Dabimus et Bavaro duci hoc Eucharisticum carmen a quodam compositum:

Bavare tanta tibi est recti reverentia et exequi  
 Quanta Romæ fuerat, sed Roma pauper fuerat.  
 Ardua res hec est opibus non tradere mores,  
 Et cum tot Cæsos videris esse Romanam.

Ceterum ut ad Bavaram sic etiam ad Ruguoniam idem Paulus Pontifex Maximus die 19 Decembris litteras dedit eumque laudavit de constanti virtute, strenuitate, felicibusque laboribus in hac Pragensi victoria consequenda pro catholice religionis et S. R. Imp. dignitate hac salute.

Quin etiam Philippus III<sup>us</sup> Hispaniarum rex propria manu hanc illi exaravit epistolam, quam gallice, prout inveni subjungo

Mon cousin le Comte de Ruguoy Capitaine général des armées de Flandres et Pays-Bas, j'ay appris par les lettres du Comte de Cunnate la victoire que vous avez acquise sur le Palatin et ses complices avec toute les circonstances d'icelle ensemble la valeur et prudence que vous avez desmoigné en cette occasion; en quoy vous m'avez fait cognoistre la continuation des services, et de l'affection que me rendez, dont je vous rend grâces très amples avec promesse de vous faire paraistre et a vostre contentement et profit

toutes et quantefois que l'occasion s'en présentera combien ce service m'a esté agréable. Donné à Madrid le 19 janvier 1621, moy Roy.

Solent huiusmodi conflictus et futuras clades quædam velut omina aut presagia antecire ut, ex omnibus prope historicis notum est. Qui huic prælio interfuerunt, testati sunt, duabus circiter horis ante conflictum ad eos trepidatum fuisse in Bohemorum castris ut multi existimaverint terram hum tremuisse et vicinos inhorruisse, montes. Prout, Moyses in Cantico precatur, irruat super eos formido et pavor.

Picunt, etiam cum primum aliquandiu feliciter prognaissent repente se nova castra novumque exercitum conspicatos fuisse, de quo nemo quidquam sciverit, unde non solum viros sed et equos tremore correptos trepidasse, et postremo in apertam omnes se proripuisse fugam.

Non dubium quin, Deus Sanctorum et electorum suorum (quorum meritis stat, mundus), precibus exoratus hanc catholicis tribuerit victoriam. Ill<sup>mus</sup> Alexander dux de Croj et Marchio d' Havere præsens prælio interfuit, et dixit se precibus S. Brunonis quem invocaverat, se periculum mortis evasisse, nam ipsius crista galeæ globulo bombardæ ablata fuit.

Ubique inter catholicos magnus fervor erat precum sine invidia, Leodienses suas stationes obibant, et ad elevationem hostiæ versiculum O Salutaris hostia decantabant; hinc nostri Cartusiani petierunt a P. Visitatore,

si liceret eis idem factitare ut non contraveniant. Statutis.  
 Dixi quomodo hic duplicaverimus preces, quibus et ipsa  
 comitissa de Bucquoy aliquando interfuit: sed inter  
 panegyricas laudes monachii Bavarie Duci e præ-  
 lio reduci decantatas de ipsius Ill<sup>mo</sup> conjugis dicitur:  
 Itaque ut valeres et vinceres assidua ipsa apud  
 Deum, assidua in templis, assidua in publicis com-  
 precationibus, divinam militiam tecum habuit, et  
 partem proeli; ferro tu, illa precibus ad Deum  
 Hostes expugnavit: laudato certe exemplo, summos  
 infimosque ad perennes preces trahit, si tamen trahi  
 potuere sponte currentes, nam is ardor omnium in  
 templis fuit ut appareret magna de causa preces fieri.

28 Octobris circa Pilsnam in conspectu utriusque  
 exercitus lætum a pluribus visum est, boni ominis  
 portentum: cuspis vexilli legionarii Guilielmi Ver-  
 dugi Belgarum sive Walonum ductoris, quod postea  
 in Pragensi proelio prælatum primo loco fuit ali-  
 quandiu ignea luce effulsit. Quod et legioni quintæ  
 Julii Cesaris in bello Africano (quo tres uno die  
 exercitus Scipionis Afranii et Juba superavit) plu-  
 tarchus memorat contigisse.

In Strazit vidit Comes Bucquoyus sculpta in hypo-  
 causto hospitii sui hæc chronographica

Fridericus rex Castellæ, et rursus Fridericus Imperator Vlti-  
 ma cum illi interpretatus fuisset Dominus Cblan istud  
 reposuit:

Comes Vlti non rex, sed tuane aspirasti, Otto nec  
 rex nec Comes eris quia Cesaris rebelasti.

Quandoquidem Dei victoria est pius lecta dabit veniam, si verbo Dei eam describam. prout in manibus hominum erat illo tempore, qui videntur insuper aliqua secundum genuinam sacrae Scripturae intelligentiam accommodata esse maxime Moralia, cuius alias verbis abuti mihi non est animus.

### Vetus Prophetia

Ex Frederico Palatino Bohemiae rege recens inventa.

Dialogus super predicta prophetia inter Jacobum regem Fredericum Comitem et Mauritium principem.

Jacobus rex. Audite reges auribus percipite omnes qui iudicatis terram, aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio: <sup>Ternunt</sup> ligna ut ungerent super se regem, et dixerunt Veni et super nos regnum accipe.

Mauritius. Edissere nobis parabolam.

Jacobus. Est autem haec parabola. Filius iste noster protervus et contumax cum cognouisset quod venturi essent ut raperent eum, et facerent eum regem non rapinam arbitratus est accipere sibi regnum quod sponte oblatum est.

Fredericus. Caesarem appello. Mundus ego sum et regnum meum, argentum et aurum aut vestem nullius concupiri ipsi scitis, neque in Caesarem quidquam peccari.

Jacobus. Pessimam rem fecisti, omnis qui se regem facit contradicit Caesari.

Fredericus. Feci sicut praecipisti mihi, memento verbi tui quod mandasti.

Jacobus. Numquid non dixi tibi. Vide nemini dixens.

Fredericus. Oblivioni datus sum: in quo corrigit adolescentior viam suam?

Jacobus. Fili peccasti, ne adicias iterum prone digitum super os tuum.

Fredericus. Posui ori meo custodiam, os meum loquetur sapientiam, mentimur et veritatem non facimus.

Jacobus. Ad praedam, fili mi ascendisti, sed stulte operatus es et nunc quidem.

Fredericus. Ha Pater, confiteor tibi stultissimus sum virorum, tu scis insipientiam meam.

Jacobus. Scio fili mi, scio, sed stude sapientiae fili mi.

Mauritius. Nam quis rex iturus ad bellum adversus alium regem, non sedens prius cogitat si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se?

Fredericus. Dominus transfert regna atque constituit; num Dei possumus resistere voluntati.

Mauritius. Alius plus alius minus ad mensuram Gomeristarum.

Fredericus. Fili mulieris virum ultro rapientis de adultera matre natus es, et tu doces nos?

Jacobus. Curpitudinem patris tui non revelatis: sine usque auxiliatus est nobis cum equis et curribus et equilibus.

Fredericus. Quid mihi prodest? per aliam viam reversi sunt in regionem suam.



Mauritius. Quid me vis facere? Vidi contradictionem, murmur multum erat in turba, facta est dissensio. Ita ut discederent ab invicem.

Fredericus. Surrexit interea rex novus, comedit me devoravit me, et eiecit me.

Mauritius. Quare tu rex non es auxiliatus ei in bello?

Jacobus. Respiciens eram ad adiutorium hominum, qui adjuverunt eum ut rex fieret.

Fredericus. Quare flevit Dominus sic? Nonne Domine mi rex, omnes servi tui sunt? ego autem pars et hereditas tua, quare me dereliquisti?

Jacobus. Quia fecisti hoc malum et insuper non acquievisisti consilio meo.

Fredericus. Pater peccavi in caelum et coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus.

Mauritius. Regnum tuum transibit a te, et intrabit in regnum rex Austri.

Intelligit Beth. <sup>th</sup>Fredericus. Transeamus usque Bethleem unde venit, auxiliamur Gabor humi michi.

principem in Mauritius. De regno ad regnum, modicum ibi, modicum Hungaria par. cum ibi. Spuria vitulamina non dantur radices altas.

libus Fredericus. Infixus sum in limo profundi, eripe me de luto ut ne infigar.

Jacobus. Fili, quid fecisti nobis sic? Heu filia mea, poenitet me quod dederim illi filiam meam.

Fredericus. Domine, ne in furore tuo arguas me. Aperuit confusio faciem meam.

Jacobus. Amaricatus est venter meus, qui in sordibus est sor-

descat adhuc.

Mauritius. Hoc autem totum factum est ut adimplerentur scripturæ Prophetarum.

Prophetia senis cujusdam Scoti in nuptiis et discessu comitissæ Palatinæ ex Anglia.

Regia progenies peregrinas migrat in oras  
 Fortuna nova nupta suis datur impare fato  
 Splendida, læta triumphali sua littora pompa  
 Et gaudens, regina fugit, nova regna videt  
 Hospita deserto longe inferiora parentum  
 Spæ lusa his sex revolutis mensibus annus  
 Non erit et tantis luget casa triumphis  
 Denique tempus erit (nisi me contraria vero  
 Spiritus edocuit) cum plorans mesta rediit  
 Indiga que attrita longo prope vestibus usu.

Sub finem hujus anni Ludovicus XIII Gallix rex magno zelo in Barniam profectus episcopos Cleronensem et Lascariensem per Joannam Navaræ reginam ab annis quinquaginta pulsos in pleno jure restituit, et Romano-catholicæ religionis exercitium publice fieri jussit.

In Novembri mense Sigismundus III Poloniæ et Sueciæ rex Varsoviæ in templo existens a Piercarsæ natione Russo, homine improbo ictu mallei in dorso percutitur, sed nulla aut exigua læsione. quod Dei imprimis beneficio omnes adscribunt. Impius percussor paucis post diebus quatuor equis in partes est dissectus.

23 Decembris celebratæ fuerunt exequiæ musicæ per seu-

lares pro fratre nostro apotecarii in Palatinatu defuncto nobis propinatam vinum et alias gratias sepius nobis prestitit predictus apotecarius.

In festo S. Stephani primum palle dependentes ante antependia minorum altarium apposite fuerunt.

Annus 1621 multis principibus, et personis pietate et sanctimonia claris fatalis fuit: occurrit primus ex Ordine nostro D. Wenceslaus de Plenevaute ultimus professor domus Selphensis qui ex hac vita migravit hospes in domo diestensi 10 Januarii, Coadjutor quondam hujus domus et Prior domorum Cellionis et Boniloci in Francia, et nunc Vicarius nunc Procurator in hac provincia qui 54 annis laudabiliter vixit in Ordine; vir erat egregiae stature moribus probus in officio minus deserviebat, et cellae melior incolta, qua se bene exercebat nunc scribendo nunc torniando, et dicebat se testimonio bonae conscientiae magis gaudere quam externis solatiis; in cella enim officium divinum vacat magis debite et devote persolvere, et se immaculatum custodire ab hoc seculo; et cum vesperi rationem iniret, secum de transacto die non inveniebat, se graviore culpa obstructum. Multi nostrum prope dolor! parum memores arrepti propositi externa officia ambiunt non attendentes illud Senecae dictum quod etiam Thomas a Campis libello de Imitatione Christi assumit, quoties inter homines fui minor homo redii. Offerunt enim loca quod amamus, et relinquunt in animo turbas phantasmatum quibus in aliud atque aliud cupiditas mutatur. Non possunt praeterire

hoc loco encomium vite solitariae et Cartusianae quod  
S. Puteanus cuidam Dionysio quartirino Cartusiano  
in domo Papiae scripsit:

Encomium Tu vero caeli mihi, non terrae filius es mi Quartirino  
vite solitariae rone circumfusus caelesti et divina quadam aura. Caelis  
et Cartusianae enim vita tua est pura et aetherea, pene non ha-  
ex Puteano. minis sed Dei. Rem dico: nam inter multas et  
cum multis vivere velut in colluvie morum terre-  
num est: segregare se a multis, et in tranquilla  
solitudine se et mentem suam invenire plane divi-  
num est. Quid homines sumus? terrae et caeli congeries  
et compages quaedam: ipsaque vita corporis animique  
nisi sive lucta libratur. Si corpori pondus addimus,  
pressum in terram imus et terreni sumus; si animo  
caelum tangimus et divini beatique sumus. Tibi aliquan-  
do ut qui in turba et tumultu divinam vitam pro-  
fitentur, terrenam agant: quippe quorum conditio  
corporis potius quam animi est. Animi autem esse  
non potest nisi quae in alta et religiosa quiete est.  
Divinum igitur vitae tuae institutum te quoque  
divinum reddit.

Paulus V Summus Pontifex curis et laboribus jam  
confectus cum dominica die quae in 24 Januarii in-  
ciderat sacris ultimo operatus fuisset, quinto post die  
scilicet 28 Januarii horam inter 23 et 24 hori lethargo  
correptus inter choros sacerdotum ac religiosorum  
sacris precibus et officiis pietatis christiane incumben-  
tium presente sacro Collegio placidissime et instar

dormituroentis nullo sensu doloris aut horrois ad calidum exoptatum  
 consortium emigrant: postquam sacramentis omnibus ecclesiasticis  
 summa cum devotione et spiritus demissione participasset, profes-  
 sionem fidei magno ardore recitasset; Extremam Unctionem  
 ministranti ad omnia respondisset, ac momentibus sacerdotibus  
 ut voluntatem suam divine conformaret, sui securus, et cælum  
 respirans se cupere dissolvi ac esse cum Christo non semel  
 dixisset: intra quadrantem horæ (neque enim longiore tem-  
 pore animam agebat) expiravit aurei seculi instaurator cuius  
 auspiciis florebat pietas, innocentia, sanctitas, fides, doctrina,  
 leges, et a legibus justitia, et ab hac abundantia Pacis et  
 a pace affluentia bonorum omnium cum spiritualium bono-  
 exteriorum ubertas, et ab hac felicitas urbi et orbi: Vixit an-  
 nos 69, menses 4, dies 11, in Pontificatu annos 15, menses 8, dies 13.  
 Vertente anno integerrimus incorruptusque omnino repperitus  
 solemnissimo funere in basilicæ liberianæ sacello Bur-  
 ghesiano a Scipione Cardinale nepote quasi recensita  
 functum complorante universa urbe humulatus est ad-  
 juncto Epitaphio.

In medio

Paulus quintus Paul. Opt. Nox. patria Romanus, familia  
 Burghesia. Cui perpetua vitæ innocentia, et spectata virtus, ad  
 insignes quoque honores gradum fecit. Romæ pro-legato  
 præfuit. Nox a Gregorio XIV causarum Cam. Apost. Auditor  
 creatus, et a Clemente VIII ad Philippum II Hispaniarum  
 regem de gravissimis rebus legatus. In amplissimum ordi-  
 nem cooptatus inter generales Inquisitores adscriptus.  
 Et urbis vicarius electus; cum omnes tantorum munerum

partes summa cum laude obivisset ad Summum Pontificatum Leone XI e vivis erepto florens adhuc etate, incredibili Patrum consensu erectus est. Cumque virgili sollicitudine, securitatem, annonæ copiam, justitiam et quietem populis ecclesiasticæ ditionis, concordiam vero, et pacem universo christiano orbi semper præstitisset, religionem summa pietate coluisset, urbem magnificentissimis ædificiis ornasset, atque egregiis omnium virtutum officiis aditum sibi ad immortalitatem aperuisset; e mortalibus raptus, grave cunctis mihi desiderium reliquit. Sedit in Pontificatu annos 15 menses 8 dies 13, obiit anno salutis 1621 die 28 januarii.

A dextris

Franciscam viduam Romanam, et Carolum Borromæum S. R. E. Cardinalem vite innocentia et miraculis claros vite in sanctorum album retulit. Rudolphum Romanum imperatorem electum adversus christiani nominis hostes in Ungaria bellum gerentem auxiliariis copiis adjuvit.

A sinistris

Congi Persidisque regum et Japoniorum ad Sedem apostolicam de re christianas Legatos honorificentissime excepit. Ferrariam urbem ditionis ecclesiasticæ nobile propugnaculum exstructa valetissima arce munivit.

Mirum mirandum quod totis fere 16 annis Pontificatus firmissima valetudine usus nunquam alicui functioni publicæ defuoret, quinimo omnes Cardinales

seu assessores semper praevenirent. Sub hoc Pontifice fere tertia pars urbi addita est aedibus ubi non erant, magnifice ac pro dignitate aedificatis ornatisque. Haec vero magnificentissima opera quanquam et pontificiae auctoritati concilianda et urbis ornamento vel commode aggrediebatur, magis tamen pauperibus a labore manuum <sup>dividendis</sup> dividendis, ut haberent unde ex operis perpetuo collocatis sumptum conquirerent, et molestissimam egestatem depellerent.

Mense Februarii Rhenus, Mosae Scaldis et alia flumina gelu adstricta hominibus et jumentis sese pedibus calcanda praebuerunt: adeo quidem ut ab anno 1608 aevior hyems non fuerit.

8 Februarii Visitationem ab ordinariis Visitatoribus satis rigidam habuimus, dum interim frigus (ut dixi) usque ad cor saeviret. (prout satis expertus fui tunc temporis) de statu V. P. Prioris Gisberti et domus sic in carta sua testificati sunt: Invenimus V. P. D. Gisbertum Baucusium Priorem, cujus industria et labore domum ipsam hactenus sic satis promotam cognovimus facultatibus nimirum ejusdem externisque bonis paulatim accrescentibus, mansionibusque ac aedificiis juxta formam Ordinis decenter in altum surgentibus, quorum quidem elegantia ac venustate sicut perspicuum est, pios adventantium oculos saepius oblectari: ita eorum usu et commoditate facile est inhabitantium animos ad fervorem spiritus excitari, accedentibus praesertim aliis quibusdam incitamentis virtutum et gratiarum quas in praedicto patre suo filii ejus venerantur et laudant, ut qui in conversatione sua

se præbeat mansuetum et humilem, in moribus gratum et amabilem in divinis laudibus assiduum et laboriosum, in consolandis infirmis benignum et obsequiosum.

Status domus talis est. Sunt in ea 14 monachi incluso Priore, ex quibus sunt sacerdotes undecim, unus diaconus, unus subdiaconus, et unus nondum promotus. Conversi sunt quinque et Donati quatuor et unus famulus secularis cum equo ad opera necessaria, habent aliquam provisionem necessarium, debent utcumque multa, et vicissim multa debentur ipsis.

Quantum autem ad facultates domus nescio qua in re incrementum acceperint ab ultima Visitatione nisi quod ex pecuniis postremo a Sua Celsitudine datis ratione cellæ suo nomine edificatæ paucis quibusdam adjunctis emptæ sit pars aliqua agri in villa nostra de Martens Levick prope Gaesbeck.

Emerunt etiam molendinum de Kæryck stibus milibus et ducentis et amplius florenis, sed pecunia mutuo accepta a Casidico Imity et a P. Emmechovio Priore Buscumduicensi 500 florenis ex quibus defalcati sunt fere 200 pro expensis D. Huberti Faucompret, professoris dictæ domus qui hic hospes degabat nec conventum sequeretur propter astringentem et ethicam et vehementem.

Emptum autem fuit predictum molendinum quamvis cum gravamine domus et redditu censuali pro pecuniis mutuo acceptis ad tollendas lites utriusque molitoris propter decursum aquæ.



Redeamus ad nostram Visitationem quæ 17 Februarii absoluta fuit: multe ordinationes conscriptæ fuerunt, verum nihil novi advecerunt quæ sint potius animadversiones et exhortationes.

In solemnitatibus Nativitatis Domini, Paschæ et Pentecostes abrogatur jentaculum quod mane solet (a Visitatore P. Leval 1609) ministrari iis qui priores missas celebraverint, vel sub iisdem communicaverint.

Monuerunt etiam Sacristam ut non pulsaret. interjic-  
me ferialibus diebus ad Completorium ante medium Sextæ,  
quod observatum huc usque est.

In hac Visitatione facta est misericordia D. Aegidio Van Blitterswijck Procuratori, quod officium fere decennium exercuerat. Industrius comprimis fuit et practicus in emptio-  
nibus et venditionibus, et in ceteris contractibus ineundis,  
diligens et providus ut nihil unquam deesset provisionibus domesticis, quem in principio plurimum instruxit P. Emmechovius qui economiæ laude excellit quique illius opera et diligentia ipse et successor ipsius D. Gisbertus ma-  
xime usi sunt in fabrica domus promovenda. Item libe-  
ralitate plurimum commendatur a laicis, quibus cum foras prodirent sufficientes pecunias daret, conventum bene tractavit et necessaria suppeditavit. Lectori quoque refe-  
ctorii competentem pitantiam jussit ministrari pro gratia ad cenam cum antea duo tantum ova cocta in sartagine. aut vix æquivalens haberet. Verum sub finem videbatur aliquid remisisse de studio economiæ cum domus haberet delita, et a biennio fabrica domus vix fuisset promotæ; bonum est aliquando se recolligere nam

quid proficit homo si lucretur universum mundum se autem perdat et detrimentum sui faciat, quinimo de se ipso Gregorius Nazianzenus scribit op. 55 in hunc modum: Animæ securitatem in sola quiete solitudineque mihi propositam judicavi. Non est datus illi successor, sed hæc cura et totius domus providentia reservata est R. Patri et futuro Capitulo generali.

Quando rota fortune et mutationis incipit moveri non statim sistitur sed plerumque in diversa rapit, nam sequenti die Prior Capelle D. Michael Jensenema huc accedens vocatus a P. Visitatore invenit se absolutum cum Procuratore suo ex mandato R. Patris eo quod contra bullam Summi Pontificis et Statuta nostra edificassent domum in oppido Angie non habito consensu totius conventus cujus potior pars scripsit ad Ill<sup>mm</sup> Nuntium, qui rescripsit conventualibus ut primo scriberent ad superiorem Ordinis et si non faceret justitiam, tunc suis partibus non defuturum. Et prudenter quidem in hoc et in aliis se gessit D. n. de S. Severino. D. Michael fuit V. Pater et vir antiquis moribus nec parum spiritualis qui aliis quoque domibus praefuit, et redditus cellæ ante paucos annos rursus electus in Priorem jam etate grandævum (ut dictum est) in domo Capelle cujus familiam aliquot personis auarit, et quia senio premelatur curam externorum in Procuratorem D. P. Arum Lamberti rejecerat, et permisit eum conceptam fabricam utiliam quidem sed non plane necessariam perficere. Vereor ne id justo Dei judicio id illi acciderit, ut qui postrema sua absolute a Prioratu domus

Buscoducensis apud Sedem apostolicam conquestus fuisset, de P.P. Commissariis ab eadem iam abolitionem denuo acciperet. Electione data conventualibus S. Franciscus Schotte professor domus Lavanensis natione autem Bruxellensis successor designatus est, vir admodum pius et religiosus.

Circa Dominicam Quingagesimæ misit Nuntius apostolicus cellarium suum ut commendaret precibus nostris animam defuncti Pontificis, et electionem futuri, propter quod injunctum fuit a P. Piore singulis sacerdotibus ut dicerent, unam Missam, laicis ut legerent 7 Dominicas orationes et totidem Salutationes angelicas.

Eodem anno die 9 Februarii creatus est Pontifex Maximus Gregorius XV optime de nostro Ordine meritis ut in subsequentibus patebit. Ita autem scribebatur Roma 13 Februarii.

Dominica præterita mane in ecclesia S. Petri celebratus est dies novus et ultimus exequiarum Pauli V Pontificis Maximi defuncti, et oratio habita a Tomaso Salone in honorem Sæc. Sanctitatis defunctæ.

Die Jundæ mane comparuerunt omnes Cardinales hic præsentés in ecclesia S. Petri, ubi Missa fuit cantata de Spiritu Sancto, postea processionem ierunt in conclave quod vesperi circa horam nonam fuit clausum. Interea omnibus Legatis hic præsentibus concessum fuit cum Cardinalibus agere et negotiari.

Die Martis Cardinalis Borgesius initium fecit electionis, et Cardinalem Ludovicum Bohoviensem ad hanc dignitatem elegit, et proposuit eum hac dignitate dignum ob bonitatem suam et eruditionem in quod etiam alii Cardinales consense-

runt; atque adeo haec electio 59 Cardinalium ibi presentium unanimiter plenum sortita est effectum, et novum electum Pontificem noctu hora prima in sacellum S. Paulinae deduxerunt, papali habitu induerunt, et in cathedra positum pro prima vice adoraverunt; qui aetatis suae 68 Pontifex Romanus creatus est et Gregorius XV appellatus. Eadem nocte Sua Sanctitas multis Cardinalibus concessit gratias. Die Mercurii iterum apertum est conclave et secunda facta est adoratio. Postea Sua Sanctitas sub throno papali in ecclesiam S. Petri est delata, ubi publice a sacro Collegio tertia facta est adoratio: qua peracta Sua Sanctitas populo sanctam dedit benedictionem: et cum in papale palatium Vaticanum deductus esset, venit Senatus cum diversis principibus oculari illi pedes. Postea publica per duos dies exhibitata est laetitia.

In Ianuario Va Calat se Des Petri Monte BViges!!

et

Nona Februario s. V. G. Gregorio De CIMo q. V. B. Bonontense Congratulatus est Sua Sanctitati R. P. Aster Bruno d'Affringes per litteras, atque ei debitum obedientiae obsequium pro se et Ordine sibi subdito detulit. Ad quas tale retulit responsum:

Dilecto filio Brunoni Certusianorum Generali

Gregorius Papa XV anno 1621.

Selecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Commissem plane nobis gratulationem tuam peperisti ei, quam novus perciperet imperator si auctoritatem suam intelligeret fortissimarum legionum votum fuisse et totius reipublicae commodum existi-

mari; vos enim qui sub S. Brunonis vexillo in istis cartusianæ  
 penitentiae castris stipendia facitis, invicti exercitus estis, quibus  
 apostolici imperii salus commendata, præclaras semper victorias  
 de inferis perduellibus reportavit. Cæterum dum nobis ad clamum  
 sedentibus fluctuantis Ecclesie naviculæ præcinis tranquillitatem  
 benevolentiam in ea re tuam aperte declaras, facis enim  
 more cupientium, qui quod vehementius plerumque exoptant,  
 sibi facile pollicentur, nos autem, qui ex hac Pontificæ  
 dignitatis statione impendentium procellarum minas prospicimus,  
 animis fere caderemus, nisi adduceremur in certam  
 spem vestris religiosis precibus exoratum Deum a  
 misericordie suæ thesauris faventes auras vestræ religificationi  
 aspiraturum, quod ut ab eo orantes assidue flagitetis a  
 vestra pietate ac studio propemodum exigimus; ac vero  
 virtute ac pietate præcipuum debita obedientiæ obsequia deferentem  
 paternam pietate complectamur, et apostolicæ nostræ  
 benedictionis divitias super familiam tuam effundimus,  
 præcipue vero super istam, quam Deus ipse  
 constituisse videtur templum sanctimonie et domici-  
 lium penitentiae. Imitamini majores vestros, dilecti filii,  
 servite Domino in timore et lætitiâ, ut universum  
 orbem Ferrarum vestra exempla doceant, quantum ista  
 in piis precibus et religiosa vitæ austeritate præsidium  
 ad vitia coercenda, et æternæ felicitatis gloriam comparandam.  
 Datum Romæ apud S. Mariam sub an-  
 gulo Piscatoris die 12 Julii 1691, Pontificatus nostri primo

2 Martii præmissa mane Missa de jejuniis circa decimam  
 solemniter celebravimus exequias Tomini Francisci

Bobiani minoris natu filii D. Bobiani Athesari<sup>us</sup> Guæ Cel-  
 situdini et optimi benefactoris nostri, qui obiit in Pala-  
 tinatu sub Marchione Spinola stipendium merens,  
 ad cujus instantiam (ni fallor) militiæ nomen dederat,  
 ejusque curam in se susceperat, Marchio quippe cujus  
 patrem maxime carum habuerat, dum in vivis esset,  
 mater vidua Ecclesie candelas (nam funus inane exposi-  
 tum erat in medio chori ornatum panno serico albo  
 et corona virginitatis nec non insignibus gentilitiis) et  
 conventui pitantiam dedit; duo ejus filii cum qui-  
 busdam amicis intererant officio, ac prandium hic  
 sumpserunt propriis expensis paratum; vidua post  
 auditam privatam missam in sacello domum re-  
 gressa est.

Anna de Yem virgo Hispana B. Theresie olim socia  
 (quæ prima apud Francos ac Belgas reformatâ discal-  
 ceatum monialium Carmelitanarum cœnobia consti-  
 tuit) Bruellis piissime in Domino obdormit & Marti  
 non sine opinione sanctitatis. Ad cujus defunctæ corpus  
 insigne hoc miraculum contigit. Erat in eodem  
 Bruxellensi conventu quedam monialis professa, cui  
 nomen Joanna de Sancto Spiritu nobili Vanderno-  
 storum apud Brabantos genere prognata quæ gra-  
 vissimis, iisque variis per 8 annos agitata infirmita-  
 tibus, et quatuordecim postremis mensibus manuum  
 pedumque usu privata cum exiguo curæ suo ver-  
 satili et deosculandos matris suæ defunctæ pedes de-  
 vecta est; illico sacris illis pedibus osculo honoratis sa-

nitati restituta est. Cujus miraculi fama ad deosculandos ejusdem defunctæ pedes archiduces cum tota curia convocavit.

His diebus D. Hubertus Faucompret. professor domus Selybrædencensis. hospes in hac domo, cujus supra fecimus mentionem laborasse thussi ethica, obtinuerat. licentiam a R. Patre per medium legati regis Franciæ, ut posset redire ad patriam, et ibidem haurire auram primam, et se recreare per tres menses. Verum cum significasset hoc P. Visitatori provincie egerime aulicæ, et prolixam Priori nostro receperat epistolam prohibens ne ipsum pateretur per civitatem vagari, nec voluit laicum concedere causans hoc a R. Patre sibi non esse injunctum, et acerbissime reprehendit dictum D. Hubertum, quia, inquit, si suadentibus medicis debeamus obtemperare, etiam relaxanda erit in morbo abstinencia a carnibus, nec per hanc divagationem adficiet, obtinebit pristinam sanitatem. Quare his visis epistolis (quas non sine lachrymis legebat) renuntiavit predictæ licentiæ, recreationemque suam libavit Domino sicut olim David aquam quam cupierat de cisterna Bethleem: ut verum fatear ad hanc licentiam dandam quodammodo coactus fuisse videtur R. Pater propter autoritatem Legati regii, qui etiam recens beneficium contulerat in Coadjutorem cartusiæ D. Meldeman dando solum conductum pro se et suis comitibus, et ideo D. Hubertus modeste correptus fuit a R. Patre in epistola quam ad ipsum scripsit dicens: Si tanta erat infirmitas opus non fuisse propterea interpellare D. Legatum cum ipse propensus sit ad subveniendum egrotis. Subjungam epistolam R. Patris quam scripsit ad predictum Legatum.

Monsieur, j'ay receu celle qu'il vous a pleu m'escrire en faveur du v. Père Dom Hubert Faucompret religieux demeurant en la chartreuse de Bruxelles lequel selon les avis des medecins auroit besoing pour le soulagement de sa maladie autrement incurable de changer d'air, et prendre celui de son pais qui est auprès de Lille en Flandre, sur quoy encores que ce soit une indulgence fort extraordinaire pour la mauvaise consequence et ouverture qu'elle pourroit porter, si esse toutesfois que j'ay mieux aymé excéder un peu en ceste grâce, que de fallir au respect que je dois a votre intercession fondée en une cause pieuse et favorable. Je dois cela, Monsieur, a vos merites et la saincte affection que vous avez tousjours démontré a nostre Ordre ainsi que j'ay entendu par le rapport de beaucoup de nos Pères et fraichement par le récit honorable que m'en a fait celui que j'avois l'an passé envoyé à Bruxelles, lequel se loue fort de vos merites et grande piété que vous sermoignes aux choses qui concernent l'honneur et le bien de Dieu et de ses serviteurs. Je vous envoy donc la licence pour ledict Dom Hubert estant bien ayse d'avoir ce subject de vous faire ceste preuve de l'affection que j'ay de vous rendre très humble service en toute les occurrences que vous jugerez bon de me commander, et ce d'aussi bon cœur que je prie Dieu, Monsieur, vous donner en heureuse santé la bénédiction de ses saintes grâces, ce 3 de Fevrier 1621.

Vostre très humble et affectionné serviteur,

Fr. Bruno général des Chartreux



Sur ledos estoit escrit: A Monsieur Pericard ambassadeur du Roy près ses Ser<sup>nes</sup> Archiducques de Flandre.

Una cum hac epistola P. Pater misit valde authenticam licentiam pro D. Huberto utpote proprio nomine et Gerita Capituli subsignatam atque sigillo Ordinis munitam, præcipiens Prioribus Ordinis ut gratiam hospitalitatis ei exhiberent. Ea tamen non est usus propter P. Visitatoris offensionem quantum ad me non videbatur tantam causam indignationis habere, quia D. Hubertus erat vir gravis qui cum edificatione majori poterat conversari cum secularibus quam multi alii officiales, et insuper desiderabat videre et legere litteras et monumenta quæ sunt penes Capitulum canonicorum Siclinensium, prout erat scriptum deditus. Egit tamen Domino Legato gratias, nec ex hoc morbo relevatus fuit quamvis locum mutaverit. Superiori epistolæ aliam subjungam, quam scripserunt Conventuales V. P. Visitatori pro retinendo Priore nostro, qui indefesse laborabat, pro promovenda fabrica domus, nec apparebat nos habituras meliorem (unde debuit successor illius ex alia provincia accersiri). Quare ut caritatem et gratitudinem erga Patrem nostrum bene de domo meritum patefaceremus in hunc modum scripsimus P. Visitatori S. Vincentio Knibbe manum et ingenium præbente.

Admodum Venerabilis in Christo Pater. Non parum nos perturbavit rumor quidam dispersus de futura absolute V. P. Prioris nostri P. Gilberti Bauhusii tam bene de nobis nostroque monasterio meriti, de cujus raris virtutibus et gratis carta vestra ex relationibus nostris in

postrema Veritate facta abunde testimonium perhibet, uti  
 in ipsa videre est, quæ (scilicet ad laudem ipsius expectan-  
 tia) sicuti tum retulimus ita in presentiarum relata confir-  
 manus. Insuper profitemur nos nihil habere in prefatum  
 Patrem quæ improbemus, sed e diverso plurima quæ  
 probemus, laudemus atque imitemur, adeo ut si nobis vel  
 concederetur vel quovis modo contingeret electio nullam  
 aliam quam quem habemus in pastorem communi suf-  
 fragio destinaremus; idque non affectu quodam sed pro-  
 pter varias animi illius dotes præclaras, et propter conver-  
 sationem ejus in regimine laudabilem, famam integram,  
 et illibatam, quam tam apud internos quam externos con-  
 servat et in dies auget. Quapropter non sine causa gra-  
 viter nos percutit ejusmodi tristis rumor metuentes  
 ne aliquando verificetur, prævenienduna igitur duci-  
 mus atque ea qua possumus reverentia et humilitate ad-  
 modum venerabili Paternitati vestræ (etsi necessitas pos-  
 sulet ut præsens supplicatio admodum R. Patri Ge-  
 nerali ostendi debeat,) etiam eidem admodum R. Patri  
 supplicamus nobis deinceps concedi, et confirmari in Pri-  
 orem prefatum V. T. Gisbertum Baehusium, quem  
 hæcenus habuimus, et experti sumus in iis quæ sunt sui  
 muneris vigilantem exemplarem absolutum, quod si  
 huic humili supplicationi admodum R. P. P. vestræ  
 subscribere dignata fuerint, clientes suos ad currendam viam  
 mandatorum Dei, et ad ea quæ sunt Ordinis exequenda  
 alacrius excitabunt, atque ad orandum ferventius pro eisdem  
 R. P. P. vestris arctius obstringent. Ex Cartusia nostra Prusel

Lana, 19 Martii.

Admodum venerabili Paternitati vestrae devotissimi clientes et filii decem subscripserunt, quorum aliqui protestati sunt se libenter in favorem Prioris non in accusationem subscribere, nec tamen simul omnes convocati fuerunt, et sigillatim rogati duo ex senioribus negaverunt, testimonium majoris et sanioris partis de D. Gilberto probavit postea electio Conventualium domus Lovaniensis de persona ipsius in Priorem assumpta: Reverendus autem Pater noluit videre epistolam, quia jam erat deliberatum de ipsius negotio.

24 Martii in profesto Annuntiationis B. Mariæ mirabilem excepimus hospitem imo hospitium hospite vacuum, corpus exanime S. Norberti Vanden Bossche professi domus Lovaniensis, qui revertens ad domum professionis suæ in viâ morte correptus fuit. Rem altius repetam. Hic Bruxellensis natione pro majori parte vitam duxit secularem, atque in Italia scilicet Napoli et Mediolani mercaturam exercuit non satis prospera fortuna, cum interim non parceret sumptibus et sequelam famulorum post se traheret, tandem in patriam reversus sine lucro, remque angustam apud parentes reperisset, nomen militiæ dedit. Interim piis monitis (ut credimus) fratris sui religiosi in Parco prope Lovanium Ordinis Præmonstratensis ac episcopi sedula promotione habitum suscepit apud nostros in eadem urbe et in professione nomen S. Norberti fundatoris Ordinis Præmonstratensis propter promotionem fratris, ut diximus, ejusdem Ordinis religiosi. Trigesimum annum facile excedebat, neque adeo litteratus erat et plurimum in ore patris sui, qui volens no-

lensque delictum ei remisit in favorem piæ causæ. Sacer-  
 dos factus ex mandato P. Visitatoris Prugas concessit pro ad-  
 jutorio dicte domus, nondum biennium ibi exegerat,  
 quando in gravem morbum incidit hydropisim, nam  
 erat corpore obæsus et valetudinarius, quare instanter petiit  
 reverti domum, quod experientia multorum ac Pru-  
 gensis exteris sæpe nocuus sit. Tigitur frater ipsius (qui  
 tunc Audenardi Monialibus Ordinis S. Augustini prefectus  
 erat) obtenta licentia a P. Visitatore curavit eum ad  
 se adduci, atque per octiduum eum benigne habuit qua  
 erat erga propinquos caritate, nam et patrem senem  
 et fortunis destitutum ibidem alebat, quod etiam so-  
 nor ipsius esset monialis ejusdem monasterii in cujus  
 nihilominus instaurationem et promotionem solleter  
 incumbabat, cum non liceret fratrem apud se diu-  
 tius retinere nec spes affulgeret melioris sanitatis fisisit  
 eum lecto decumbentem curam istius monasterii im-  
 poni atque una cum medico Aldenardensi eum co-  
 mitati sunt equites. Quidam alius juvenis penes eum  
 mansit in curam, atque prima nocte hospitati sunt  
 in Sylva S. Martini, quæ est domus Ordinis nostri satis  
 incommode propterea quod tunc temporis P. Prior cubi-  
 cula hospitium restauraret: mane igitur sequentis diei  
 sumpto jentaculo rursus in viam sese dederunt. Et  
 frater quidem cum medico præcesserunt, quos magis  
 expedisset penes ægrotum mansisse qui optasset se  
 extra curam, sed quando, inquit, huc usque per-  
 ventum est oportet progredi atque in finem usque

opus est animo, petiitque a comitibus haustum vini ex utroque quem secum habebant; quo ~~potato~~ continuo in febres incidit, propterea ab astantibus meliori quo poterant modo vestibus et operimentis sicut jacebat in lecto sectus fuit. Postea interjecto temporis intervallo rursum petiit cerviciam, ad proximum igitur hospitium distans hinc quatuor aut quinque miliaribus auriga sistit currum petiitque ab egroto qualem cerviciam caperet, optimam respondit; cum igitur propinaretur illi animadvertunt astantes illum suam mordere linguam quare os vi aperiant, et continuo non longiori agone quam tribus singultibus animam efflavit, non alio signo dato quam emanantibus pro dolore ex oculis lacrymis, et colore in pallorem mutato. Comites postulato speculo et ori admoto vident non superesse habitum, quare tristes et attoniti viam prosequuntur (heu quam certa mors, quam incertus locus et hora) perveniuntque Bruxellas vesperis. Laici nostri corpus ex curru deponunt illudque curant diligenter secundum morem Ordinis atque circa illud tota nocte vigiliant. Nos autem propter solennitatem diei nequivimus illud sellari mandare nisi post prandium atque in summa aeris intemperie memorantes cum Sobia illum sermonem quem dixit Dominus per Jonas Prophetam: Dies festi vestri convertentur in lamentationem et luctum. Sequenti die Prior domus professionis suae Lovanio evocatus cantavit Missam pro eo et exequias: nam Responsoria pridie non fuerant cantata propter fetorem cadaveris qui domum nostram fere totam infecit. Sic Brucellensis patrio solo redditus est eadem septimana quadragesimae qua ante biennium in eadem

urbe ordinem presbyterii susceperat. Requiescat in pace.

Caliter Ordo alumnorum suum amisit, verum postea die exequiarum hujus mensis Martii 27 alio aliter curavit. Siquidem post litem decem mensium Nuntius apostolicus auditis testibus declaravit invalidam fuisse professionem Maleani olim recepti in domo Papae ad quam accessisse dicebat necessitate compulsus et a patria exhorris ob metum et durum regimen vitrici sui, atque ita ad secularem conversationem rediit (verius dicam in ea remansit). Tingitur officio sacellani unius cohortis, postquam viginti octo annos in Curia exegisset, et officio procuratoris in domo Mediolanensi honoratus.\*

In initio hujus anni pulchro comitatu ad hanc civitatem venit Excell. Comes Egmondanus filius postremi Comitis defuncti gubernatoris Namurcensis, atque in aula pari honore exceptus ac unquam avus ejus velut Le grande d'Espagne, ut dicunt postea in quadragesima duxit uxorem viduam Comitis Hoostatavi filiam et heredem Comitum Barlaymontii et Larlainii, cujus sororem natu minorem in matrimonio habebat Dux Arschotanus.

Hugo Grotius anno 1618 die 29 Augusti captus, et post eodem Parneveltii cum Hoogerbetio anno 1619 die 18 Maii ad perpetuos carceres damnatus, atque inimicas in arca seu

\* Sed vereor exclamaret ei S. Bernardus: O insensate puer! quis te fascinavit non solvere vota tua, quae distinguunt labia tua? Et quid tibi frustra quispiam blanditur de absolutione apostolica, cujus conscientiam divina ligatam teneret sententia: Nemo mittens manum ad aratrum et respiciens retro, aptus est regno Dei.

Qui tamen per coactionem factus monachus recesserit, culpa caret inquit. Patet Concilio Carth. can. 26.

custodia infortia ab ipsis custodibus suis sed ignavis et hostili custodia et penali carcere die 22 Martii liber evasit ac biduo post saluus Antwerpiam pervenit, indeque Lutetiam ipsam se contulit Armenianis passim applaudentibus, Gomariotis vero nequidquam frudentibus atque indignantibus.

Hac quadragesima multo honore, et lato civium concursu exceptus fuit legatus regis Angliæ, quamvis ejus gener Comes Palatinus posteriores partes superiori anno retulisset in bello Germanico, statimque post adventum legati subsequuta est cessatio armorum in Palatinatu, nec dubium erat quin ad res istius patriæ componendas venisset, et quantum capio rex Angliæ genero suo impetrasset pacem, si sinceriter cum imperatore egisset et Mansfeldius atque Horatius Verius Anglus a vi et direptione ditiorum imperii cessasset. Dicebatur etiam legatus Bruxellas venisse ut matrimonium filii regis Angliæ cum filia regis Hispaniarum promoveret, nec non operam præstaret in prologandis Induciis aut in eunda pace cum Hollandis, sub finem quadragesimæ hinc recessit. Et quod commemorare nobis imprimis convenit toto tempore quo hic in ædibus S. Cel. proximis earum palatio diversatus est, nequaquam carnes sibi ministrari <sup>sustinuit</sup> permisit licet oblatæ fuissent dicens se moribus patriæ velle obsequi. Atqui hic externus et a fide nostra alienus multas catholicorum in die judicii condemnabit qui non vereantur propter escam fratres et domesticos scandalizare.

Circa idem tempus archidux Albertus S. Pechium Cancellarium suum ad ordines ablegavit, qui cum 24 comi-

Aibus Brucellis discessit, et Hagam ubi magnifice exceptus fuit, nam ipse princeps Mauritius cum aliis magnatibus et octo curiis Risivicum usque ei obviam processit, et ipsum Hagam perduxit. Rotterdami tamen et Delftis a plebe inciviliter admodum et contumeliose exceptus, et lapidibus ac cæno pretitus fuit, et famulos male multavit quorum unus ex vulneribus decubuit. Hoc dicebatur factum ex suggestione ministrorum, qui vident sibi in pace bellum domi inesse cum inter se variis fidei questionibus disceptant, quin etiam propterea ante paucos annos intendebant pacificos catholicos ex Hollandia ejicere quod egregie illis objicit P. Ludovicus a Castro Minorita, cum hoc feceritis, inquit, tunc habebitis tempus vestras controversias componendi; in turbida enim aqua melius latent pisces sic in tumultu protentore hæreticorum errores. Propositio Peckii hæc fuit: Principem suum non dubitare qui omnes ab initio harum Induciarum præclaram ipsius voluntatem et laudabilem scopum ex omnibus quæ egerit prospexerint. Ipsum autem animadvertere nihil consultius et conducibilis his provinciis esse posse quam ut omnes earum incolæ, et membra in unum corpus et sub unius capitæ imperium reducantur cum manifestum sit quod sicut superioribus temporibus antequam hæc sibi ex-or-tæ fuissent pace flourerint: ita nunc multo magis hunc fructum percepturæ sint, si provinciæ, quæ ab aliis hactenus divulæ fuerunt cum iis in unitatem sub naturalis sui principis dominio redeant.



Ad hanc propositionem ordines generales Haga congregati 24 ejusdem mensis Martii responderunt summam potestatem et libertatem federatarum provinciarum Belgii esse extra omnem controversiam, quam hactenus firmiter sibi assuerint ac fortiter defenderint, prout etiam nullum tractatum admiserint, quo illius certitudo inferri posset ut neque cum archiduce neque cum rege Hispaniæ tractare voluerint, antequam illi profiterentur se cum suis provinciis tanquam cum provinciis liberis in quas nihil juris sibi arrogarent acturos, quandoquidem hæc propositio prius agnitæ libertati et supremæ potestati harum provinciarum e diametro repugnat, propterea prorsus erronea et absurda sit, ut quæ leges fundamentales ordinum labefactatum, et in controversiam vocatum est, ordines prepotentes eam non posse admittere quandoquidem ad intolerandum ipsorum dedecus et ignominiam apud omnes monarchas, reges, principes, respublicas, qui cum ipsis hactenus tanquam cum libera republica tractarint, vergat.

Philippus III Hispaniarum et Indiarum rex catholicus ultima mensis Martii relictis terræ regnis ad eterna et celestia evolvit inter nonam et decimam. Quoniam vero pius hujus summi monarchæ excessus cunctis insigni exemplum et speculum constantiæ et humilitatis præbere potest paucis hoc loco specialia quædam, quæ in ea acciderunt commemorare animus est. Cum rex lethaliter decumberet, P. Florentium suum confessorium et concionatorem aulicum accersendum curavit: Cui rex ans non recordaris, ait, te die cinerum pro concione dixisse quendam ex suis audi-

horibus hac quadragesima supremum diem obiturum? Illud me  
 tangit, atque ecce fatalis hora instat. An vero compos ero eterne  
 felicitatis? Atque ibi magna tristitia et anxietas animum  
 ipsius incensit. Qua occasione Florentius prolixè de miseri-  
 cordia Dei disseruit, et ipsi in memoriam redegit, quæ pro  
 religione christiana laudabiliter præstitisset. Rex vero respon-  
 dit: Ah quam beatus essem si hos 23 annos quibus regnum  
 tenui in solitudine exegissem! Cui Florentius dixit. Quam  
 Majestatem nunc quoque gratum Deo officium præstare  
 posse si omnia terrena, regnum suum dignitatem, vitam  
 et salutem ad pedes crucifixi Servatoris Jesu Christi abji-  
 ciat, et ipsius voluntati committat. Cum rex perlibenter ait,  
 hoc faciam atque hoc ipso momento omnia, quæ Deus mihi  
 dedit, meos principatus, meam potentiam et vitam depono  
 ad pedes Jesu Christi Servatoris tuo me crucifixi, cujus  
 imaginem protinus cum singulari affectu osculatus est  
 ac propterea Florentio dixit: Egregium certe solatium mihi  
 nunc suggestivisti dabis deinceps operam, ut populo palam  
 significes me in articulo mortis agnovisse omnia, quæ in  
 hoc mundo sunt esse inania, atque ipsam regiam dignita-  
 tem, quæ in vita splendida quidem sit et jucunda, sed in  
 articulo mortis valde amara et molesta. Post hæc quædam re-  
 liquiæ et res sacratæ ipsi exhibitæ, et earum vi omnes priores  
 cogitationes, quæ animo ipsius observabantur discussæ fu-  
 erunt: atque ita spiritum Deo Patri celesti letus, ut  
 regem christianum decuit, reddidit.

Ante obitum filios quoque suos ad omnem pietatem

hortatus est, imprimis filium primogenitum monuit, ut secum perpenderet, quod etiam mortalis esset, ideoque vitam et regni administrationem ita institueret ne ipsum regie potentie et dignitatis sub exitum vite praeiret, quemadmodum sibi jam animam agenti acciderit. Et ut pater pauperum et respUBLICAE esset, zelo gloriae Dei flagraret, et ignominiam qua divina majestas afficeretur sibi illatam putaret. Cum codicillum obsequatum ipsi tradidit, et mandavit ut ea quae in eo continerentur accurate observaret, simulque imagine Christi crucifixi ipsi exhibita dixit: Hanc imaginem Avus proavus Carolus V patri meo, et ille mihi donavit, quam nunc tibi quodammodo per testamentum lego. Eam tanquam rex christianus et catholicus veneraberis, et illius conspectu mortalitatis tuae recordaberis.

Hic regis obitus non solum Hispaniam sed etiam Belgium magno luctu complevit, cujus nuntium in festis paschalibus Bruxellis divulgatum fuit, cum die Parasceves illud archiduces percepissent sed noluerunt populum in ipso die solemni Paschae perturbare tunc omnes aulici et proceres lugubria sumpserunt et in ecclesiis parochialibus precipuis ter in die pulsatum est. Interea in sacello aulice magni apparatus ad exequias celebrandas facti quae ibidem 22 Maii presentibus archiduce, Infante, equitibus aurei velleris et in Armis consiliariis ac consulibus urbis solemniter peractae fuerunt. Et nos etiam Missam et Agendam cantavimus, ut nos conformaremus ceteris ecclesiis, quamvis dictum fuisset non repetendum officium si haberet per cartam Capituli Mona-

chatum (proul. habit) Amen rursus Lucianum fuit cantatum. Talis autem erat epistola quam P. Prior legit in colloquio, qua ad id imitabamur.

Vicarius generalis ceterique de vicariatu archiepiscopatus Mechliniensis sede vacante universis et singulis capitulis pastoribus et ceteris verbi Dei predicatoribus hujus diocesis. Recepimus litteras a Ser<sup>mo</sup> archiducibus principibus nostris tenoris subsequentis:

Les archiducques. Vénérable chiers et bien-aymez, comme il a plu a Dieu d'appeller a soy le Roy Monseigneur estant passé de ceste vie à l'autre le dernier jour du mois de Mars passé après avoir receu avec grande dévotion ses saints sacremens et droictz de nostre Mère la sainte Eglise, et ayant fait un fin aultant chrestienne qu'il se pouvoit attendre de sa bonne et sainte vie, et que nous ayons résolu de faire célébrer des obseques et funérailles a Sa Majesté en la chapelle de ceste nostre cour le 22 de ce mois et le vigilles le jour précédent. Nous n'avons voulu laisser de vous en advertir afin que environs ce jour-là vous donniez ordre que le mesme se face au diocèse de Malines, et que par tout iceluy les prédicateurs recommandent l'âme de Sa Majesté a la dévotion du peuple en reconnaissance du singulier et vray amour que fut sadite Majesté a tous jours porté a nous et conséquament au bien de nos pays lesquels ne luy en peuvent donner meilleur sermoignage de gratitude que par le moyen que dessus. Etant vénérable chiers et bien-aymez nostre Seigneur vous ait en sa sainte garde, de Bruxelles le 9 de May 1621. Subscription Albert, et infra Verreyken.

Quorum pio desiderio omnibus votis satisfacere cupientes universos et singulas vestrum requirimus et quatenus opus est mandamus, ut juxta earundem litterarum tenorem in hac ecclesia metropolitana et ceteris precipuis ecclesiis hujus diocesis sabbato infra octavam Ascensionis Domini quod 22 presentis mensis occurrat, solemnes celebrentur pro anima felix memorie catholice Majestatis Philippi III regis Hispaniarum etc., novissime defuncti et pridie vigilia defunctorum. Atque per omnes verbi Dei predicatorum in concionibus ejusdem anima devotis fidelium precibus commendetur. Datum Mechlinie in vicariatu anno Domini 1621 mensis Martii die 11 de mandatis Reverendorum DD. de vicariatu predicto. G. Van Won.

Sodalitates civium abstinerunt hoc tempore a dejectione publici et in dedicatione civitatis cives non incederunt in supplicatione armati neque spectacula pro more fuerunt exhibita.

Luctus de obitu regis non parum lenitus fuit cum in novo rege fortis animus et sagax ingenium, quod non minima sed etiam majora, quam rex defunctus prestitisset, promitteret. Habet is primum sibi consiliarium D. Balthasarem Junigam virum legationibus Belgica, Gallica ac Germanica, itemque rerum usu clarissimum, et erga Ordinem nostrum bene affectum, quo nomine erat quod Belgice nostrae et Germaniae ac demique Ordini nostro gratulareremur, nisi tribulus durissimus: mors illum regni faucus brevi post exisset et vita ipsa conditus in Cartusia nostra de Paulari.

Cosmus Medicus magnus Etruriae dux mense Aprilis moritur ex Maria Magdalena Ferdinandi II Caesaris sorore relicto

Ferdinando filio ducatus herede et aliis aliquot liberis.

In Hollandia Bottbergius vir nobilis proditoris Geldriae insimulatus, nec non Jacobus Momius et Adrianus Ein-  
huzius qui Chilium tradere voluerant, 17 Aprilis capitis  
supplicio affecti et bona ipsorum 30 auri myriadibus esti-  
mata publicata fuerunt, catholici erant, et confessorum  
copiam petebant, quibus ordines ministros submiserunt  
quos ut sibi notos haereticos abjecerunt.

Palatino in Hollandiam surpiter profugo principes unio-  
nis (ut vocantur) evangelicae a Marchione Spinola, qui Wor-  
matiam obsidere parabat sibi metuentes mutatis in me-  
lius consiliis de armis ponendis cogitare coeperunt. Joanne  
itaque Guichardo electore Moguntino et Ludovico Hassia  
Landgravio Darmstadiensi (imperatori fideli, et propterea  
multa postea passus) intervenientibus Marchio Brande-  
burgensis cognomento Anspacensis qui dictae unionis  
exercitui cum imperio praerat, et dux Wirtembergensis  
cum Moguntiam venissent, tam suo quam aliorum  
principum ac statuum unitorum nomine cum Marchione  
Spinola capitaneo generali exercitus Caesarei pactis condi-  
tionibus die 12 Aprilis transegerunt, ut videre est apud  
historicos.

Post felicem hujus pacificationis elector Moguntinus ma-  
gnificum convivium cui 45 principes et magnates in-  
terfuerunt celebravit: quod etiam a Spinola magna pompa  
factum est.

Post hanc pacificationem et Inducias cum Palatino Mar-

chio Spinola Cuceraco ab archiduce Alberto acitus cum prius Cordubensem summæ rerum in Palatinatu præfeciſſet in Brabantiam rediit et 23 Aprilis Bruxellas feliciter appulit, ubi a Sua Celsitudine cum gaudio exceptus ac supremus aulæ æconomus (quæ dignitas in nostro et Hispaniensi palatio est omnium prima) renuntiatus fuit, ex tunc in aula habitare cepit in locum nimirum succedens D. Roderici Comitis de Rivers qui præterito anno obiit. Et satis intelligebatur archiducem sic providere statui Ler<sup>mæ</sup> Infantis et patriæ post obitum suum quem sentiebat sibi instare. Et 24 ejusdem Aprilis in templo S. Gudulæ canticum Be Deum laudamus solemniter decantatum fuit in gratiarum actionem pro felici ejus expeditione. Et Paulus V Papa ejusdem nominis Augustinum filium ejus secundo genitum trimestri ante S. R. E. Cardinalem nominaverat.

In festo S. Apostolorum Philippi et Jacobi habuimus in templo nova ornamenta rubra cortinas scilicet et antependia pro omnibus altaribus ex quibus domus Dei magnam decorem accepit, et quæ possunt nos etiam excitare ad debitam reverentiam Deo et sacris ejus mysteriis deferendam, nec non seculares ad majorem devotionem, et ad bene sentiendum de famulis.

Sequenti die V. P. Prior ordinavit ut alternis diebus missa lægeretur in privato pro exterminatione parvarum bestiarum quas curculiones vocamus qui hoc tempore cum maximo detrimento frumenti adeo multiplicabantur ut non solum granaria sed et cubacula domus et penum imo et ipsum

Amplum inficerent, laici ter Pater et Ave singulis diebus legerent, non celebrantes 7 Psalmos penitentiales per ordinem tabule.

Jubilæum universale sanctissimi S. N. Gregorii divina providentiâ Papæ XV ad divinum auxilium initio sui Pontificatus pro salutarî catholicæ Ecclesiæ regimine implorandum.

Gregorius episcopus servus servorum Dei universis Christi fidelibus ad quos presentes litteræ pervenerint salutem et apostolicam benedictionem. Spiritus Domini, cujus inenarrabilis providentiâ regimur et gubernamur se neminem suorum spernere, hoc tempore præcipue demonstravit; cum abundantiam misericordiæ suæ in humilitatem nostram derivare dignatus, in suprema B. Petri sede nos collocando, universi gregis sui curam, nullo meritum suffragio nobis commisit. In quo, ut divina agnoscimus dona, ita etiam formidamus iudicia. Quoties enim creditum munus mentis oculo circumspicimus toties oneris gravitas nos tenet, virium nostrarum infirmitatis conscientia conturbat: gregem siquidem innumerabilem, per universum orbem sparsum nobis creditum cernimus, et gregem quidem non auro aut argento, sed æterni Patris unigeniti Jesu Christi Domini Nostri sanguinis pretio acquisitum, non paucis in locis non solum pastoribus, sed pascuis etiam destitutum: Hinc luporum insidie non cessantes, illinc prædonum et hostium violentia mactare et perdere adnotentium. Quapropter ad Dominum cum Propheta clamare compellimur: Exaltatus humiliatus sum et conturbatus terrores sui conturbaverunt me, circumdederunt me sicut aqua tota die circumdederunt me simul,



ac nisi ejus auxilium, qui nostris humeris tantum onus imposuit. Nobis adfuturum confideremus, animo plane concideremus; sed quoniam benignus est Dominus, et non derelinquit sperantes in se, infirmitatem nostram licet tanto oneri longe imparem, gratiæ suæ virtute confortabit ac tribuet, ut sufficere valeamus. Id vero ut impetare ab æterno pastore mereamur ad vestras orationes et bona opera ex more Rom. Pont. prædecessorum nostrorum decrevimus, Vos enim, quibus nostra pastoralis impendenda est sollicitudo apud Deum pro nobis intercedendo non vestram minus, quam nostram procurabitis spirituales utilitates. Quamobrem ut majori cum fructu administrationi nostri officii suffragari ad Divinum auxilium consequendum possitis, de thesauro Ecclesiæ cuius Nos dispensatores sumus, abundanter erogando ad veram penitentiam et pia opera vos incitantes divimus. Quapropter in hac alma urbe nostra a capella nostra publica palatii apostolici ad basilicam Principis Apostolorum in Vaticano, nec non ab ecclesiæ S. Mariæ Angelorum nuncupata ad basilicam S. Mariæ Majoris proxima hebdomada, quæ erit post quartam Dominicam Quadragesimæ quarta et sexta feria respective solemnes processiones de more indicimus; ad quas basilicas Nos una cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, nec non patriarchis, archiepiscopis atque episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit, ac Christianorum regum et principum orationibus apud Nos existentibus, aliisque prælatis atque officialibus Romanæ Curie universoque clero et populo committente accedere, dictasque processiones celebrare statuimus. Ut autem divinam operam efficacius imploremus, et simul effusis multorum precibus fructuosius exaudiamur omnes et singulos

utriusque sexus Christiani fideles ubique existentes erice in Domino hortamur et paternam caritatem monemus, ut qui in hac alma urbe sunt dicta hebdomada, aut saltem altera sequenti; qui vero extra urbem in quibusvis orbis terrarum locis existunt proxima aut altera sequenti hebdomada post presentium notitiam prius ad Deum preces effundant, ut Ecclesiam suam sanctam tueatur et protegat, hereses undique evellere et extirpare, fidem sanctam catholicam adaugere et propagare, pacem et veram concordiam largiri dignetur. Nobis vero vires tribuat quibus susceptum onus ad eius nominis gloriam, fideliumque animarum nostrarum salutem administrare valeamus, etc. Anno Incarnationis Dominicæ 1621, 16 Calendas Aprilis.

In diocesi Mechliniensi incepit predictum Jubilæum 26 Aprilis dicti anni et V. P. Prior ordinavit, ut præter cetera requisita in Jubilæo lucrando unusquisque legeret tribus diebus jejuniis destinatis scilicet feriis quarta, sexta et sabbato septem Orationes dominicales et totidem Salutationes angelicas ad intentionem Summi Pontificis, et nihilominus 15 et ultimo die qui erat 9 Maii et Dominica Cantate faceremus solemnem supplicationem cum V. Sacramento in qua pro more recepto cantavimus litanias romanas cum subiectis orationibus pro necessitatibus Ecclesie ordinatis.

Tempore huius Jubilæi ad aliquot dies hic se recolegit R<sup>odol</sup> et M<sup>artinus</sup> Baro de Pallant decanus in Frisia, qui etiam alias consueverat hic aliquando Missam privatam celebrare.

Nec silentio prætereundum quod 2 Maii contigit tantam tempestatem exoriri ut cellula nostra tota concuteretur sed maxime in pago dicto Cernat qui hinc duobus miliaribus distat eadem tempestas scivit, ut incolæ qui in templo sacis intererant et jubileum celebraverant foras egredi non possent, cumque aliqui ecclesie fores aperient aëris intemperiem intueri gestientes, tres egressi fuerunt mira res! mox tres isti triplici modo fulminis vires sentire, nam unus eorum cui cognomen Mol et villicus istius pagi erat subito fulmine percussus interiit, alterius vestes tantum combussit, et is Dominus pagi ac Cruzcherburck erat, fratris autem vultum solvis vestibus adussit.

Circa Pascha ad portam Lovaniensem hic Bruxellis una domus præ vetustate corruit atque octo persone ruina oppressæ mortuæ sunt, herus ad quem pertinebat domus monitus fuerat ut repararet domum, et tamen neglexit, et propterea vereor ne reus sit animarum istarum.

Notandum quoque venit 21 Maii scilicet pridie exequiarum regis catholici eclipsim in sole notabilem et pavendam circa medium nonæ ante meridiem accidisse et inopinato quidem, nam licet Ephemerides fecissent mentionem eclipsim in sole, non tamen eo die nec tam obscure, quæ certe præsagium fuit mortis principis nostri, quem soli comparaverat clarissimus Lipsius dum inauguraretur cum Isabella in ducem Brabantie et perorantem audire voluissent; quin etiam abbas Aureæ vallis D. Bernardus Montgaillard orationi funebri habite in exequiis Alberti titulum præfixit sol eclipsatus unde sumpsit Thema, nec nego

fuisse etiam presagium infelicis casus Comitis de Bucquoy ac belli male gesti in Hungaria, pestatis pluviosae et aliorum malorum.

Circa hoc tempus Causidicus Smids cum vidisset D. Procuratorem absolutum verereturque Priorem absolvendum per chartam quoniam emerat, molendinum de Voeyck pro nobis suo nomine dederatque pecunias suas pro quibus postulabat a conventu assignari sibi redditum 90 aut amplius florenorum super universa bona domus nostrae, profiteremurque nos recipere predictum molendinum. Re maturius responderunt quidam satis apposite debere esse contentus cautione dicti molendini quem si non reciperemus reservaret sibi; alias non licere nobis novo redditu gravare domum juxta num. 18, cap. 19 2<sup>e</sup> partis Statutorum. Quia vero dicebatur ex mera caritate hoc obsequium prestasse domui, ac proprias pecunias concessisse subsignavimus dictum redditum, ea conditione ut superiores factum ratificarent, et possemus redimere simul vel per partes cum potuerimus vel voluerimus.

Tertia & Pentecostes recessit hinc Adrianus Knibbe Pater D. Vincentii, postquam unum annum cum dimidio in hac domo mansisset, quem filius debito honore prosecutus est eum amore debito complectando, jurando, subveniendo omni ope qua poterat, nam cum senex esset, nec clare videre posset, et ex quo in apoplexiam inciderat, sensus et memoria in ipso debilitata fuerat, propterea non poterat rebus domesticis providere, imo velut puerum filius debebat eum in ecclesiam deducere et reducere ac in cella custo-

dire imitatus exemplum ciconiarum quæ cum parentes removerunt eos  
 plumis suis fovent escasque afferunt, et pia vicissitudine juvenes  
 P. Amb. 5. Hæc reddunt quod a parentibus parvuli acceperunt. Cum senes pleni  
 am ex Cassiodoro sint querelis et nullis gaudiis antequam fuisset susceptus in  
 no. domo filius monelbat patrem ut non esset tam molestus  
 domesticis; ipse tamen molestias ejus patientissime tulit et  
 quia præceptum de honorandis parentibus opere adimplevit,  
 quod est premium in re promissione eam brevi assecutus est  
 prout ipsemet ingenue fassus est se nunquam meliorem char-  
 tam habuisse qua instituebatur procurator domus monachorum  
 Brugis, sed ut verum fatear remuneratio hæc temporalis est.  
 detque illi Deus sic transire per bona temporalia ut non  
 amittat eterna. Hanc ejus promotionem futuram subodorati  
 amici imo a superioribus serio admoniti ut alibi providerent  
 patri ejus, collocarent eum in xenodochio Ninivensi; filius  
 major natus multas fecerat difficultates, quare P. Prior pro-  
 miserat aliquid contribuere sed an præstiterit quidquam  
 dubito cum statim fuerit absolutus.

Carmina in De conversatione vero D. Vincentii quandoquidem ad-  
 fenestris ambitus huc vivat pauca habeo dicere: puer erat ingeniosus, lu-  
 nostri a quo manioribus litteris sat excultus, affabilis et spectabilis, carmina  
 pro majori parte in fenestris ambitus scripta pro majori parte composuit.  
 composita. Innumeras imagines ex ligno contorto B. Virginis Apricolis  
 formavit, quas etiam depingebat, formabat quandoque vel  
 Agnus Dei ornabat cantillis et serico, docte et bene scri-  
 bebatur. P. Prior et alii ad ipsum maxime recursum habe-  
 bant.

In jejuniis Quatuor Temporum Pentecostes D. Nicolaus Dierhout

missus est Lovanium pro suscipiendo ordine diaconatus, et quia R<sup>mus</sup> Dominus Jacobus Boon, nondum acceperat Roma pallium aut possessionem, sede vacante ad petitionem vicarii generalis Mechliniensis ordines confererat R<sup>mus</sup> fe Florentius Courius archiepiscopus Luamensis Recollecta Hibernus.

Capitulum generale Ordinis nostri celebratum est in Cartusia 10 Maii et sequentibus.

Obierunt 54 monachi, Conversi 33, Donati 8, Monialis una: personae 96.

Ex benefactoribus R. D. Joannes Schantius S. C. doctor propositus Spaltensis maximus benefactor domus Ratisbonae.

Nobilis D. Nicolaus de Ranquemare Dominus de Tranqueville singularis Ordinis amicus et benefactor Cartusiae Rothomagensis.

Illustris D. Nicolaus Grassus Patricius et magnus benefactor domus Savonae obiit 4 Aprilis.

Nobilis D. Jacobus Ligier Dominus de Graville consiliarius et secretarius regis christianissimi, benefactor domus Borboniensis.

Honorabilis Franciscus Tiler civis oppidi Perpiniensi, benefactor Ordinis maxime provinciarum Hispaniae.

#### Ordinatio Provinciae

D. Franciscum Schot professum et sacristam domus Lovanii super annum a conventualibus domus Capelle in Priorem electum confirmamus.

Priori domus Lyrae non fit misericordia et D. Dominicus Meliot professus domus Gandavi vadat ad domum Sylvae S. Martini, et Nicolaus Sonatus ejusdem domus vadat ad

domum Diestensem.

Priori domus Sylvæ S. Martini non fit misericordia et S. Simon Rode professor domus Lovanii ibidem sacrista vadat, ad domum Gandavi (in qua etiam nunc, 1692, perseverat. Vicarii officio auctus).

Priori domus Diestensis non fit misericordia et S. Paulus professor et Vicarius ejusdem domus exerceat officium Procuratoris, et S. Philippus Buisseret professor domus Lovanii ibidem Procurator exerceat officium Vicarii.

Priori domus Gandavi non fit misericordia et S. Thomas Jensema professor domus Lyxæ revertatur ad domum suae professionis.

Priori domus Bruxellæ (S. Gilberto Bauhusio) alibi necessario fit misericordia et praeficimus in Priorem dicte domus S. Brunonem S'Outclair professum domus monachorum Gornay, propterea a Prioratu dicte domus absolutum, et S. Joannes Richardus professor ejusdem domus exerceat officium Vicarii, et S. Vincentius (Knibbe) ibidem professor vadat ad domum monachorum Brugis ibique exerceat officium Procuratoris.

Priori domus S. Lophuæ non fit misericordia et S. Arnoldus (de Keyhel) professor domus Leodii ibidem Procurator vadat ad domum Bruxellæ, ibique exerceat officium Procuratoris.

Priori domus Schenæ Anglorum non fit misericordia et S. Bertinus Oliverus ibidem professor vadat ad domum monachorum Brugis

Vicario domus Monialium Brugis (S. Cornelio a Schoonhoven) propter senium et suas infirmitates fit misericordia, et

proficimus in Vicarium dicte domus D. Gilbertum Raehusium  
professum domus Lovanii propterea a Prioratu domus Brusel-  
lensis absolutum, et D. Gerardus Eligius (qui vices subleat  
Vicarii aliquot annis) revertatur ad domum suæ profes-  
sionis.

Et visitetur illa provincia quam citius fieri poterit per  
Priorem Valencenarum cum socio a se assumendo cum  
plena auctoritate Capituli generalis etiam destituendi et  
instituendi quoscumque Priores et officiales.

### Ordinatio

Cum magno animi dolore intelleximus in multis  
domibus per negligentiam Superiorum facere disciplinam  
regularem, nec non Statuta et Ordinationes, apostolicas Con-  
stitutiones negligi et non servari in magnum Ordinis de-  
decus et detrimentum. Ideo huic malo, ne longius serpat  
mederi cupientes hortamur in visceribus Christi omnes  
Superiores ut majorem post hac zelum ostendant ad tuen-  
dam in suis domibus Statutorum divinique cultus obser-  
vantiam, mandantes PP. Visitatoribus ut quos deinceps  
post duas monitiones specialiter eis in scriptis factas circa  
premissa deliquisse legitime deprehenderint omnino eos ab  
officiis abrolvant.

Laxa 45 W.

Recepimus cartam Capituli 22 Junii, et quamvis maxi-  
mam mutationem pro hac domo trium principalium offi-  
ciorum contineret, minus tamen nos perculit, quo magis fuit  
previsa multumque S. Visitator (cui gravis est) tergiver-  
satus et procrastinatus est ut eam traderet, ut eam sci-  
remus antequam legeretur.



19 Junii sabbato post octavas Corporis Christi V. P. Visitator ad-  
 duxit nobis novum Priorem D. Brunonem d'Outelair natum in  
 Campinia prope Buscoducum, professum domus monachorum  
 Gosnay propterea a Prioratu dictae domus absolutum, et ipse met  
 installavit eum monuitque nos verbis gravibus ut non solum  
 ratum sed et gratum haberemus quidquid R. Pater ceterique  
 Diffinitores Capituli generalis de hac domo statuissent, praesertim  
 cum nostri tantam rationem haberet, ut alias domos suis officia-  
 libus privarent, ut de iis nobis providerent. Et ut verum fatear,  
 non erat locus querelae vel suspicionis cum darent nobis Priorem  
 flandro-brabantum, conversatione religiosum, sobrium, exemplarem,  
 in temporalibus expertum, principibus non ignotum aut omnino  
 civibus hujus civitatis propter fratrem advocatum quem habebat  
 in cancellaria Brabantiae non sicut timebamus extraneum  
 aut professum Cartusiae aut alias suspectum de ambitione.  
 Hunc maxime nobis providit D. Joannes de Meldeman Coad-  
 jutor Cartusiae qui fuerat praeterito anno hic Bruxellis, quem  
 jam dudum notum habuerat in seculo dum inseruiret  
 Legato Hispaniae D. Baltazaro de Zuniga, qui in uxorem  
 duxerat filiam Comitis de Croys quam susceperat de d'Ou-  
 telair e fonte baptismatis et erat supremus economus dicti  
 Comitis; jam etate maturus venerat ad Ordinem, 45 circiter  
 annorum prima quadragesima suscepit omnes Ordines post  
 professionem et non egit tres menses in cella quin statim  
 ad officium Procuratoris promotus fuerit: cum esset adhuc in  
 saeculo apud omnes optime audiebatur, et erat vir gravis et ma-  
 turus.

Prior autem absolutus 2 Julii hinc recessit Brugis, ad

auspicandum officium Vicarii Monialium pro quibus ~~et~~ <sup>Stimul</sup>  
 a Ser<sup>mo</sup> principibus 200 florenas ut eas suo adventu labifi-  
 caret, et hic fungens officio Prioris semper divino officio tam  
 diurno quam nocturno ad finem usque intererat dum  
 presens adesset etiam officio defunctorum et conventuali Missæ  
 privatis diebus cum tamen prædecessores ejus ad lectionem  
 epistolæ plerumque recederent, et fere semper ad Capitulum  
 veniebat pro confessionibus excipiendis, semper paratus erat  
 ad excipiendos seculares Dominos qui ad hanc domum di-  
 vertebant, neque unquam visus est interdum gestare parvam  
 cucullam.

Per hanc cartam electissimas (absit invidia) officiales nacti  
 sumus, nam et D. Joannes Richardus Vicarius institutus doctrinæ  
 ingenio ac judicio præcellit, ac in domo Brugensi Vicarii ac  
 Procuratoris officio functus fuerat, a quo quidem per Pio-  
 rem absolutus fuerat et domum remissus in initio præ-  
 teritæ hyemis sed satis perperam, aut saltem turbu-  
 lenter, qui videns hominem officio idoneum et sibi suspe-  
 ctum, querebat occasionem ipsum absolvendi, et a se di-  
 mittendi. In hac humilitate D. Richardus prudenter se  
 habuit, nunquam de Pione conquestus fuit aut ejus defectus  
 retulit in colloquiis, et prout est generoso animo adversi-  
 tates solet hyemes appellare quæ solent transire et prosperiora  
 redire, Deus enim (prout Sara, filia Raquelis ait), post  
 tempestatem tranquillam facit, et post lachrymationem  
 et fletum exultationem infundit. Neque hæc ejus adver-  
 sitas plusquam ipsamet hyems duravit, nam P. Visitator  
 S. Dionysius, a cujus gratia non exciderat, et sine cujus

scita et consensu fuerat absolutus, cum præsens esset in Capitulo hunc saltem promovit rejectis aliis quos S. Coadjutor Melde man proponebat et ejus persona nonnihil simelatur quod juveniles animos et subitaneos motus (quos Amen rationis frenus novit compressere) haberet, verum teste P. Emmechorio Convisitatores hæc, quam Deus præmisit, humiliatio ad magnam sui notitiam illum adduxit. Et quemadmodum S. Dionysius Cartusianus in Gen. 34 dicit: Quem sublimare ad maxima disposuit divina sapientia, hunc primo exercitare consuevit adversis, ut in illis et per illa acquirat gratiam et virtutes per quas meretur conservari a Deo in altis et prosperis ne cadat et pereat illis.

P. Joannes Broerius Vicarius absolutus expectavit adventum novi Prioris ad occupandam sedem senioris. Et quidem senectus ingravescens impediebat quo minus posset nobiscum exire ad minutiones, Amen in divino officio assiduus erat cuius longum habebat usum prout etiam caeremoniarum Ordinis et consuetudinum donus; ad audiendas confessiones sedulus, et multum pacificus, qui nullum molestia afficeret aut gravaret, persona quidem exterior despicibilis erat, statura parvus et obæus, et caput quasi humeris adhaerebat. Sed Deus fecit nos et non ipsi nos: sermone rarus maxime, coram secularibus sed tamen latinitate congruus plusque illi inerat quam suspicabantur extranei qui ejus absolutionem procurarunt consolabatur se ipsum dicens quod sicut unius corruptio est alterius generatio; ita unius exaltatio sit alterius depressio.

D. Arnoldus de Kegel ex Procuratore S. Sophiae institutus est

hic Procurator ex commendatione prædicti S. Joannis de Malde-  
man Coadjutoris Cantusie et P. Emmechorii Prioris sui, qui  
jam dudum dixerat huic domui maxime convenire, qui  
hispanicam nosset linguam, et dexter in agendis, ac novisset  
quomodo esset agendum cum secularibus. Hic etiam sermie-  
rat Legato hispanico prout P. Prior et P. Vicarius alii Dominis  
in seculo famulati fuerunt. Patris meus b. m. dicere solebat:  
Ille non novit bene præesse qui non didicit subesse, aut  
non potest bene imperare qui non didicit parere et  
obedire. Distulit usque ad Novembrem Bruxellas venire  
quod non inveniret comitatum securem, aut non haberet  
salvum conductum. Sic domus fuit novem integras mon-  
ses sine Procuratore, non sine molestia P. Prioris et Vicarii  
et aliorum. Quod exemplum aliæ domus secute sunt, visi-  
tator inquam ipse qui distulit Procuratorem accipere  
multo tempore.

S. Gilberto Priore absoluto, religiosi consueverunt obliga-  
tionem cessare Missarum quas hebdomadam injunxerat  
pro successu belli Bohemici, quod jam confectum erat et  
pro conservatione tritici a curculionibus solum collecta  
Deus refugium in Missis de vivis retenta fuit.

Primo colloquio V. P. Prior hæc verba ad nos habuit: se qui-  
dem ignorare causam, quæ Superiores nostros movisset ad  
hanc mutationem in hac domo faciendam, hoc tamen sibi  
in mandatis a R. Patre datum, ut curaret divinum offi-  
cium rite debiteque persolveri cum sibi unicum opus no-  
strum in quod diligenter incumbendum sit. Quin etiam  
sacerdotale officium nuncupari solet, ut quo nullum gravius

sacerdoti debeat esse manus quam cum majestate divina in congressum venire et sustinere legationem pro gente humana. Cogitent, ut Cyprianus monet, se sub conspectu Dei stare placendum esse divinis oculis et habitu corporis et modo vocis. Et quamvis unicum opus nostrum sit non propterea inutiles Ecclesie aut parum frugis adferre iudicandi sumus cum ipsi Patres Societatis (qui chorum non habent) scribant in historia sui Ordinis Tomo 2. Nam quamquam consociatio vocum ad laudes divinas et cantus plena religionis occupatio est et sanctissime ab ecclesiis religiosis assumitur tamen ea res tam gravis ac tanta est ut recte et ordine administrari non possit nisi is qui primo totam disciplinæ formam, et quasi economiam mente comprehendit et ordinat, res ita dispenset ac moderetur ut in omnibus chorum respiciat, ejusque ferme ubique præcipuam rationem habeat.

Notavit præterea P. Prior quorundam defectus vel potius differentias in modo cantandi a consuetudine suæ domus, voluitque ut eo tono responderemus lectori Deo quo ipse lectionem cantat, quamvis hic prout in Cartusia respondetur tono quo desinit, sed ad lectionem vestivalem respondendum esse tono quo cantatur. Cu autem existimo alicubi expressum esse: deplorabat præterea P. Prior dissimilitudinem consuetudinum in domibus Ordinum, fetebatur tamen quasdam hic observasse meliores quam unde venerat; sed varia sunt climata et mores nationum et provinciarum quod in una necessarium est, in altera superfluum erit ut habent. Statuta quæ insuper discrete præscribunt ut consuetudinem domorum ipsis non contrarias Priores non mutant sed ser-

ventur. Statim in ipso puncto installationis animadvertum est signum surgendi non dare (quod ut verum fatear in Statutis expressum non habetur) post finitam orationem, quod tamen in hac domo et provincia observabatur, et satis percipitur P. Priorem surgere ut uniformitas in surgendo et inclinando ad altare servetur. Hoc moleste tulit Conventus quod nullos in Capitulo commendaret cum expresse habeatur in Statutis 2<sup>a</sup> part. cap. 2, item 1<sup>a</sup> part. cap. 43, num. 26, sed P. Prior molestias adhuc nos hac re leri conqueri, et in penultima Visitatione ordinatum quidem fuerat ut diebus dominicis lector Martyrologii immediate post lectionem apostolicam denuntiaret breves et nomina defunctorum, quos P. Prior postea si opus fuisset fratribus laicis interpretaretur, et ut hoc adjiciam si viva voce non commendat omnium predecessorum diligentissimus est in conscribendis schedulis pro recommendatione defunctorum.

In nativitate S. Joannis Baptista fuit cantata prima Missa in novo templo patrum Societatis Jesu a R<sup>mo</sup> episcopo Turenensi. Interfuerunt <sup>Omni</sup> principes Albertus et Trabella, qui etiam in visitatione B. Virginis in Lachen se contulerunt et hæc postrema Alberto fuit peregrinatio.

2 Julii obiit V. P. D. Theodoricus Stumpruickius professor et Prior 12 annis habitavit in Cartusia Monialium sed contemptus, nec officio Procuratoris usquam adhibitus quod sentiens ille contulit se, et convertit ad transferendum Statuta in flandricam linguam et Hymnaria scribenda et alia quibus nunc utuntur, hodieque ceterum scio personam que vidisse se putat animam ipsius in forma sphaera seu stelle sub-obscuræ per spatium illud quo persolvebatur Exultabunt pro ipso in domo associata idque circa sedem Prioris, quo persoluto visa est purgatione evasisse et ab oculis cernentis evanuisse. Eandem certum exploratumque habeo sed personam que vidit non omnino.

domus Diestensis vir probus et doctus qui multa praestitit domui suae, reparavit ecclesiam recuperavit redditus, et quod est praecipuum disciplinae regularis amator et observator prout testatus est, quando in lucem edidit schema quoddam quod collegit dum solus oeconomicus degeret in Cartusia Monialium Purgis et continet mundi et vere religionis oppositam descriptionem, in qua etiam domo descripsit duos libros hymnorum quos dono dedit huic domui et plura ibidem in usum Monialium transtulit et scripsit.

S. Gerardus dixit aliquando animam ejus a quodam visam fuisse in domo associata tempore Exultantium instar sphaerae igneae primo obscurioris deinde lucidioris verbis ad marginem positis, quae postea in scedula inveni.

Paucis ante diebus receperat chartam Capituli per quam Procurator instituebatur Vicarius, et quia erant primitiae junioris religioni suppressit donec solemnitas transivisset de qua re commorefecit postremis suis epistolis P. Visitatorem; ad quem et alius religionis scripsit quod magnum honorem sibi retulisset rediens ex Cartusia, nam fuerat inchartatus. Sed P. Visitator interpretans improprietatem sibi inrogari quod haec provincia esset visitanda per Commissarios misit epistolam ad R. Patrem, qui remisit alia mandata ad PP. Commissarios, et ides serius ad nos venerunt.

Comes Bucquius Carolus Longevallius Comes Bucquius Caesarei exercitus ductor ad Neuchesselum militia ac victoriis clarissimus annos circiter 48 natus in obsidione Castelli novi, quod oppidum superioris Hungariae natura loci arte, et praesidio Turcico est munitissimum die 9 mensis Julii inopinata obsessorum equitum Hungarorum eruptione obruitur et multis vulneribus confusus occiditur.

magno reipublice Christianae damno. In eo namque viro alterum  
Caesarem, si audaciam, alterum Fabium si consilium specta-  
mus amisimus.

Quamvis autem a suis desertus, et equus ipsius scloppeti ictu  
tranverberatus esset, tamen gladio et scloppeto fortiter se de-  
fendit, donec sedecim acceptis letalibus vulneribus sex in pectore  
tribus dorso, uno in dextero latere, duobus in corde totidem  
in pulmone, uno in renibus succumberet.

Cadaver a Caesarianis sublatum et 20 Julii magno omnium et  
imprimis Caeraris majestatis luctu Viennam more militari tubis  
et tympanis sonantibus ac facibus praeuocentibus allatum ibique  
in templo Minoritarum (alias Minimorum) depositum fuit.  
Epitaphium tale impressum legimus:

D. O. Moxa.

A. Quis hic jacet? B. Qui nusquam jacet: fama super aethera notus  
Carolus Comes de Bucquoy

Martis alumnus Atlas imperii, terror hostium A. Quae  
vitae ratio fuit? B. Parcere subjectis et debellare superbas.  
A. Quod diadema gerit? B. Ex palmis Belgicis, Germanicis  
Austriacis, Bohemicis, Hungaricis pluribusque. A. Qui ce-  
cidit? B. Ut leone fraude circumventi: A. Quenam hic adstant?  
B. Gloria quam sibi; maestitia, quam suis reliquit.

Bucquoy e vivis sublato captam Castellam novi obaitionem  
nostri turpiter deseruerunt. Formentis sedecim curulis hosti-  
relictis, Cinnariam insuper aliaque oppida per Bucquoyum  
recuperata Hungari Germanis paucos intra dies eripuerunt et  
Viennam usque ferro flammisque vastarunt.



Albertus Belgæ. Optimum militem princeps optimus statim subsequutus est, eum princeps lau-  
 deratissimus, inquam, Albertus Archidux Austria, Dux Braban-  
 datissimus 13 die hie, Comes Flandriæ, etc., longa namque tabe confectus tandem  
 mensis julii in mortis necessitati concessit 19 julii feria 3 quadrante post me-  
 domino piissime, videlicet, quo die seculares celebrant festum S. Margaretae et  
 et animo maxime domina semper hoc festum sequenti supplicationem V. Sacra-  
 tranquillo ob- menti miraculosa, cujus pariter majorum suorum exemplo  
 dormivit. fuerat devotissimus, cum pridie inter quintam et sextam  
 respertinam omnibus aulicis presentibus S. Eucharistiam et nocte  
 inter secundam et tertiam prostram unctionem accepisset,  
 Defuncti oculos clausit R. P. Dominicus de Jesu Maria Carmelita  
 discalceatus natione Aragonius vite morumque integritate cele-  
 berrimus qui anno superiore, proelio Pragensi interfuit et nostris  
 animos ad obtinendam victoriam addidit. Qui singulari Dei  
 providentia ad has partes venit in consolationem pientissimi prin-  
 cipis de eodem Ordine quam optime meriti, cui et crucem  
 quam in hostes intulerat osculandam prebuit, ut ei ani-  
 mum ad aereas potentates vincendas daret, sicut ipsius auspici-  
 cis et auxiliis victoriam contra rebelles per eandem crucem  
 obtentam audivisset. Ser<sup>mo</sup> Infantis pro ipsius fidelitate dilectione  
 gratias egit, atque patriam hanc illi commendavit ne sua  
 eam gubernatione desereret. Nobilibus, ut servis suis quidquid in  
 eum peccassent deprecantibus respondit eos non loco servorum sed  
 fratrum habuisse, quemdam de negotiis futuri quidpiam sugge-  
 rentem rejecit dicens tempus jam non esse ista cogitandi sed  
 mandavit ut de novissimis maxime de gaudiis paradisi aliquid  
 illi ex Granatensi prelegeretur, fierique aliquando intervallum

prælecta ruminandi cumque se plurimum fatigaret ut cum  
 aliis orationes reciteret monereturque quietius agere respondit  
 salutem ut plurimum ex bono fine dependere quam et  
 omnibus religiosis et christifidelibus commendari præcepit per  
 suum magnum eleemosynarium, hinc in parochia Triguji  
 montis supplicationes publicæ institutæ sunt, mandatum ad  
 nos satis sero venit. Eius mortem statim densa pluvia vel  
 secuta est, quasi cælum nostris lachrymis suas miscere vellet,  
 imo reliquum tempus certium in pluvias hyemales con-  
 versum videmus ut vix grana recondi in horrea quiverint, aut  
 milites præclaro quidquam gerere: subito quoque mandatum  
 est ut in omnibus urbis templis res lugubri ritu tribus quo-  
 tidie horis integris sed divinis pulsaretur, quod ad S. Gudulæ ad  
 medium circiter secunde inceptum est. Quodque sex hebdo-  
 madibus continuatum est etiam in monasteriis et in domo  
 nostra. In majori palatii sacello cadaver principis habitu  
 franciscano (uti mandaverat ipse) oculis omnium per qua-  
 triduum expositum est sub throno vestis atallicæ. Deinde  
 capulo plumbeo inclusum, et in majori sacello sub sacristia  
 repositum menses fere octo quævit.

In vivis existens propria manu testamentum condide-  
 rat, per quod mandabat 25 millia missarum celebrari in  
 vicinis civitatibus Brusellis, Lovanii, Antuerpiæ ex his injun-  
 ctæ nobis fuerunt ducentæ, et pro qualibet habuimus decem  
 asses, Per<sup>ma</sup> Infans circa Septembrem addidit novem millia  
 ex quibus tot quot supra nobis persolvendæ fuerunt sed  
 nisi post aliquot annos postremarum solutionem habuimus ob-

negligentiam magni elemosynarii, pro qua per alios supplicationem fecimus.

Sequenti die 14 julii quæ S. Bonaventuræ Ordinis Minorum doctori est sacra Serenissima ejus vidua Trabella Clara Eugenia pro immiti sua pietate induta est a suo confessario R. P. Andrea a Tolo Commissario generali dicte religionis, habitu tertii Ordinis S. Francisci sicut Serenissimus ejus conjux jacebat conspicuus in oratorio aule, quo perpetuum luctum post mortem et animorum conjunctionem profiteretur ac testaretur.

Horum principum liberalitate et munificentia tres cellæ cum parte ambitus fenestris et testudine hinc edificatæ fuerunt, et quorum memoriam et gratitudinem carmina primo a D. Knibbe exposita, deinde a P. Baehusio Societatis Jesu correctæ fuerunt ut sculpta ponerentur in ambitu nostro quod cum non factum sit hæc eadem pro recordatione pono.

In virtute pares

Hæc Belgi monumenta Ducum; præclaræque magni  
Alberti hæc pietas atque Trabella tua est;

In virtutes pares Criadi Monadique sacratæ

Cres Carthusiacas ædificare casas

Non pietate suam Albertus superavit amatam

Religione suam non Trabella virum

Vos agite o Brunonigenæ per vota precesque

In virtute pares vivere posse pares.

De virtutibus et rebus gestis Alberti narrationem panegyricam rejicimus in sequentem annum cum magnificentia æsequiarum describendam.

Paucos post dies patuit quantum presentia principis prosit patrie, nam quidam Hispanus cujus officium erat militibus stipendia solvere quem Sadagor nominant aliquot milites proscripserat quos S. Ludovicus Velasco et ipse Marchio Spinola receperant, nec iis obtemperare volens consensu equo in Hispaniam proficiscitur, verum dum per veredarium eum pervenire predicti Domini satagunt, Cameraci intercipitur ac jussa Infantis Turce carceri traditur.

Circa hoc tempus Moniales tertii Ordinis S. Francisci putantur Anglos coemisse ceteros in hac civitate dicebantur, nec non Be-gittinas esse receptas occasione cujusdam virginis Bruxellensis Gene-ramunde professe.

Ubi ad domestica revertamur P. Prior dedit S. Sacriste coadjutorem S. Judocum Ghindertalen, qui excitaret Convantum dum ipse pulsaret campanam.

Ultima julii hinc discessit S. Hubertus Fauconpret professus domus S. Gophix et iit ad domum Capella secundum commisionem quam R. Pater miserat P. Priori nostro ut valeret, eum dimittere ad aliquam aliam domum provincie, quod doctores suaderent mutationem aeris illi fore proficuum. Hic bonus religiosus ante triennium arciter Gandavo ad nos venerat pro secunda vice egrotus, qui ideo non multos post menses dimisit chorum quod Thussi ethica et vehementi laboraret, quod certe dolendum erat, nam erat optimus cantor et preclari ingenii ac in humanis sat eruditus, dum hic moraretur edidit schema pro acquirendis virtutibus et vitis extirpandis et composuit orationes seu potius lamentationes ad S. Patrum patronum pagi sui Seclin pro remedio febrium,

quæ pariter impressæ fuerunt Bruxellis apud Peperman; confecit quoque aliquot flores e serico et alterum religiosum docuit, et plura præstitisset nisi vesatio morbi crebriores visitantes admittere suavisset. Prior domus suæ professionis S. Emmechoven solvit expensas suas saltem pro uno atque altero anno.

V. Prior memor regiminis suscepti et ordinationum expresse voluit ut P. Vicarius advenet loquentibus mulieribus ad portam, hinc factum est ut rarius monachos visitarent. Vinum etiam cuidam religioso datum remisit.

Item curavit iuxta ordinationem præterite Visitationis religari libros ecclesie majores ex quibus cantamus Responsoria, item psalteria, hymnos et nova officia olim impressa a J. Joanne Cooman, quæ hæctenus hinc inde dispersa jecerant, et quæ D. Smisman recenter scripserat officium Transfigurationis et supplementum Antiphonarum, specimen præbens liberalitatis, quia tenacem et sordidam avaritiam esset ablegatus <sup>quis</sup> Augusti ex ordinatione V. Prioris cantavimus Missam de SS. Trinitate in gratiarum actionem quod Deus nos exaudire dignatus fuisset et domum liberasset a curculionibus qui grana et officinas infestabant, et remedium suggestisset nostris laicis ut micas panum hinc inde spargerent ad quas se conglomerabant, et nulla re magis domum ab eis mundavere. Et item pro ceteris beneficiis huic conventui recenter collatis.

D. Van Cuyper in festo S. S. Petri et Pauli (si bene recorder) celebravit sponsalia sua cum uxore in sacello anteriori quod stapetibus et pulvinaribus curavit ornari.

Antequam ad exteriora progrediar, dicendum Diestenses nostros elegerunt in Priorem D. Laurentium Seriant professum domus Lovanii Procuratorem vero domus Gandensis cui postremæ

domui immediate multa provenerant bona ex testamento matris ejus, suppellex argentea et alia aestimata duobus millibus florenorum nequidquam frendente Priore domus Lovaniensis cui deberi potius dicebat ratione professionis, insuper habuit et redditum vitalem.

Honesta mulier D. Eucheria Lechia singularis benefactrix Cartusae Gandavensis et altiarum domorum provincia seu Athonis habens in dicta provincia Missam de B. Maria, Tricenarium singulare et Anniversarium scribendum sub die obitus sui qui fuit 24 Aprilis.

Obiit et 30 Augusti Illustris Domina Trigola de Forendella benefactrix domus Montis hiliaris in Hispaniis.

13 Augusti Romae vivere desiit magna pariter innocentiae ac sanctitatis fama Joannes Berckmannus ex Societate Jesu Distemii in Prabantia genitus annuum aegens secundum et vicesimum. Solitus is dicere: Crux mihi sunt carissima, videlicet Christus crucifixus, Rosarium Deiparae et Regula Societatis Jesu cum his libenter moriar. Paulo ante mortem collegii rectori adseveravit se quod sciret nullo aeternae damnationis reatu mentem suam polluisse, a baptinatis lavacro parva puritate: et quod magis mireretur veniali quidem se ex plena advertentia eandem cum mulasse. Hinc Pater noster Justus Lanspergius sermone in congregatione Patrum habito nos exhortatur dicens, O si Dei vel cuius inesset timor, si divinae praesentiae aestimatio nulla occurreret ei disputatio mortaliene an veniale esset peccatum, quandoquidem unum perinde ac alterum vitaremus, quippe cum

nullum sit peccatum quod non execretur Dei timor. Et licet absque peccato veniali hic vitam agere nemini contingat, seruo tamen fidei, bonoque potissimum Cartusiano hoc potest et debet esse propositum scienter nulli consentire velle delicto: nam peccare et scilicet atque ultro peccare quam longo interstent intervallo quis non videat: quicquid hoc sanctis est omnibus alienum, illud omnibus commune.

In principio mensis Augusti optimates Belgii receperunt decretum regis Hispaniarum bello proseguendos esse Hollandos, ante omnia igitur sacra se communionem in aula publice sumpta se munierunt Deum exorantes ut illud auspici dignaretur, nihilominus tamen expectarunt et alias litteras super obtu archiducis qui nondum innotuerat, in Hispania quando primæ litteræ scriptæ fuerunt.

Hoc mense die S. Laurentii sacra Hispani victoria navali protitæ sunt contra Hollandos sicut et mense Maio præterito ex Mauris apud Marmoram illustrem retulerunt.

Alterâ die Assumptionis B. Virginis incipimus legere litanias ejusdem Virginis Mariæ ad instantiam <sup>regni</sup> Infantis, rerum sub finem Septembris P. Prior eas revocavit ut sicut antea Sanctorum litanias cantaremus. In templo Capelle hic Bruxellis ad minus sabbatinis diebus Missa musicæ cum predictis litaniis cantabatur pro felici successu belli.

Die 18 Marchio Spinola Bruxellis discessit positus ad The saliam castris, Henricum Comitem Bergensem cum parte exercitus ad Juliacum obidendum misit. Is initio Septembris arcem Pedensem situ loci et arte munitissimam haud procul inde

sitam primo in deditorem accepit, post rura fluvio qui oppidum alluit alium in alveum deducto valida et propugnacula ne qua elabi possent obessi circumcirca excitavit. Spinola ad Wesaliam constitit ne Mauritius Juliacensis succurreret, et ne otiosum esset vicina aliquot oppida compulsi et arcem novam ad oppidi Wesaliae muros extruendam curavit.

In Minutionibus Septembris ivimus more solito in Laken ubi duo ex nostris celebrant Missam. Repos. S. Christophori Carolus Ghinderstalen lusit organis.

In prima Dominica Septembris in qua occurrit dedicatio ecclesiae sacrista exposuit V. Sacramentum in supplicatione deferendum, quod P. Prior tunc retulit ne tam frequenter aut nisi diebus in Statutis expressis sicut aiebat se retuisse in Visitatione domus Gandensis ante aliquot annos.

Seculares viri docti agitarunt saepe num expediat aut consultum sit tam crebro circumgestare sanctissimum Sacramentum prout fit quibusdam in locis, nam visi, inquit Adrianus Hofstadus Minorita Theologiae professor, in quodam celebri oppido (Lovanii) ubi singulis fere Dominicis diebus totius anni habebatur processio generalis uti loquuntur idque cum V. Sacramento. Visi contra in alia civitate episcopali (Ultrajecti) ubi admodum rara habebatur Theophoria, cum autem circumgestaretur fiebat id magna celebritate, in reliquis processionibus circumgestabant reliquias Sanctorum, partem dominicae crucis argentee cruci inclusam. Pariter istam probant celeberrimi et doctissimi viri Nicolaus Eusanus cardinalis, celeberrimus vir, etiam adversariorum judicio



doctissimus, D. Gropperus, Ruardus Capperus, Cancellarius aliquando Universitatis Lovaniensis, D. Guilielmus Lindanus piae memoriae et alii. Monentur illi argumento quod raritas excuset in hominibus reverentiam: frequens autem consuetudo pariat contemptum aut saltem minuat devotionem erga sacramentum. Ideo praefatus Cusanus iudicat ne in publicis quidem calamitatibus saepius esse circumferendum, sed dumtaxat semel quotannis in solemnitate Theophoriae dedicata. Ad me quod attinet, respondet Hofstadius: adhaereo doctissimo episcopo Claudio de Lainetes, et aliis qui medio modo incedunt, qui et nimiam frequentiam improbant, et nimiam quoque raritatem. Si ergo disputetur, utrum supplicatio generalis habenda sit cum Theophoria an sine illa, despiciendam censeo an sit justa causa,urgens necessitas quae hoc requirat, deinde an fervor et devotio populi ex producta Eucharistia et oculis subjecta magis accendantur aut saltem conservetur, et non flaccescat, id si fiat utiliter proferetur, circumferetur, populo spectanda exhibebitur. Quod si experientia docuerit contrarium, si crebra circumlatione minuatur devotio, et reverentia erga divinum hoc memoriale Domini poterit Theophoria intermitteri, ne per indevotionem et irreverentiam populus peccet et Dei ultionem provocet. Hactenus citatus Hofstadius. Cui quod addam aut opponam non habeo; auream enim mediocritatem adhibendam suggerit et circumstantias loci, temporis et personarum diligenter despiciendas esse admonet, quae ubi locum habent. Multorum autem relatione

didici P. Jacobum Dionysium Priorem Gandensem pie memorie circa altaris cultum fuisse studiosissimum et curiosissimum, in templo mundissimam habuisse suppellectilem candelas ex alba cera, et nos ipsi prespeximus quanta reverentia sacerdotis officium subibat, ipse preces pro regno Bohemie auspicatus est et Missam cantavit, feriali die in qua nihilominus Credo prout in solemnitate cantabat, versiculum Cantum ergo, et O Salutaris inchoabat. Nec ipsi nos cuiquam domui Ordinis cedimus in veneratione V. Sacramenti adhibemus Thurificationem, quam pro reverentia V. Sacramenti approbavit R. P. Bruno d'Affringues et recte, nam pia mater Ecclesia nos exhortatur dum in officio ecclesiastico canit:

Quantum potes tantum aude  
 Lauda major omni laude  
 Nec laudare sufficis.

Liberaliter accensas cereas et sedas secularibus deferendas prebemus non sine admiratione hospitem Ordinis nostri, pulum campanae non omittimus, curiosi sumus ut rami et arbores per totas octavas dicti Sacramenti virides permaneat, ad pocula etiam depicta non negantur. Et quando reponitur tota familia convocatur, quod non fit sine cantu et accensis cereis et incenso quod et Patres Visitatores extraordinarii sequenti anno in carta sua laudaverunt.

Sequentibus annis obtinimus a P. Priore ut festo S. P. N. Brunonis V. Sacramentum exponeretur propter Indulgentias

plenarias concessas a Summo Pontifice Gregorio XV, quia seculares  
conquererantur quando pro eis lucrands adveniebant quod ubique  
fiat in ecclesiis in quibus tales Indulgentie concessae sunt. Obti-  
nuimus ab eodem hoc anno 1632 ut Theophoria fieret die Domi-  
nica pro precibus a Summo Pontifice postulatis, quando scilicet  
sota familia et seculares adessent qui solemnitatem exornarent,  
et devotionem augerent, potius quam feriali die et fere om-  
nibus dominicis et festis diebus praeteriti mensis Junii pro  
urgentibus patriae necessitatibus Theophoriam et preces publicas  
habuimus ad quas bini et quaterni singulis horis deputabantur  
tam ex monachis quam laicis, nam ut dixit quidam venera-  
bilis et doctus Pater, Ubi adest rex ubi praesto esse debent mi-  
\* nisterii. Hinc propter pericula\* luminis in secularium etiam eccle-  
Burgundia con- sio deputantur custodes, quod et apud nos fieri deberet, quando  
testata etiam frequentatur ecclesia a secularibus. Vidi et infra octavas  
Eucharistiae dum exponitur fratres pios venire ad ecclesiam  
pro persolvendo penso orationum suarum.

Insuper P. Prior voluit ut sacrista intortitium deferret  
una cum diacono ad elevationem diebus solemnibus sicut  
alias ordinatum fuerat.

Et ut sciremus sectis capitibus in Capitulo, prout R. Pater  
responderat, atque alibi observatur excepto sacerdote hebdo-  
madario et P. Priore quando incipit *De profundis*, quo abso-  
luto ipse legit caput, et ad Pater noster sacerdos detegit et  
sequentes preces subjungit pro praesentia defectum ordinarie  
injungit hymnum ad vespas, S. Gisbertus ~~et~~ psalmis peni-  
tentialibus unicuique unum, alii plerumque quantum, voluit  
insuper ~~et~~ ut laici simul et semper culpas proclamarent, Donati

Amen separatim, et item Conversi. Circa natiuitatem B. Virginis  
 rursus singuli sacerdotes octo Missas persolvere debuerunt de  
 Requiem prout superius praefatus fui postpositis aliis antea  
 injunctis et prostera die commendavit nostris orationibus et  
 meditationibus negotium magni momenti concernens sta-  
 tum patriae. Posti enim milites in Flandria duce Borgia  
 meditalantur invadere insulam Cassand ad obsidendam  
 Illusam. Sed expeditio illa irrita fuit nescio qua potissi-  
 mum causa, dicunt aliqui portem fractum aut non suf-  
 ficientem, et transitum fuisse difficilem, alii rursus inter  
 milites non fuisse bonum ordinem, nec animos habuisse  
 aut auros ulterius progredi; hinc Flandri maxime Brugenses  
 in nostros milites magna indignatione commoti sunt sed  
 et optima princeps in ipsum ducem qui postea nihil pre-  
 stitit nec diu superstes fuit, Sua Celsitudo etiam animi  
 morore elongavit nec Amen omnem spem quam in  
 piorum hominum precibus posuerat abiecit sed rursus  
 suam valetudinem eis commendavit misso cursore ad om-  
 nia monasteria.

Hollandi vero animadverso hoc nostrorum molimine  
 insulam magna ex parte inundarunt atque munierunt  
 nostrisque inaccessibleem reddiderunt, haeserunt nihilo-  
 minus hac hieme sub pellibus versus Daniam.

16 Septembris Hoc Amen eodem tempore et mense rex Poloniae  
 insignem victoriam reportavit de Turcis, nam filius  
 ejus Vladislaus cum centum millibus contra ducenta  
 Turcarum et Tartarorum millia, quibus praerat ipse  
 barbarorum imperator Camanes in campum descendit

et superior evasit. Cecidere ex hostibus quinquaginta aut sexaginta milia et classe ingenti per Cosacos in Pontem Euxinum immissa, ipsa barbari imperii sedes Constantinopolis tremuit.

Jagerdofius in Moravia, Mansfeldius in Bavaria Her-  
 binolensi et Panbergensi diocesis, Horatius Virius (vel Ve-  
 crius) Anglus, stantes pro Palatino nostris multa mala intu-  
 lere. Nihilominus Gregorio XV Pontifice nostris animum  
 addendo Guendius Baro Germanus et Caracciolus Neapolitanus  
 qui Belgicis, Italicis aliisque copiis pro Cesare regis catholici  
 stipendio ac sumptu militantibus praeerat, mense Septembris  
 incunte Gaborem, Jagerdofium, Currianum, Budianum et  
 alios Hungaros fortiter aggressi eosdem a Pisonio repulerunt.  
 Consulius Cordubensis Italus aliqua loca occupavit in  
 Palatinatu.

Die 17 Septembris 1621 Reverendissimus D. Robertus Bel-  
 larminus presbyter cardinalis de Monte Polittano ex vene-  
 rabili Societate Jesu, hac die hora 12 de regione mortuorum  
 transivit ad regionem vivorum. Vir clarissimus, Theologus  
 eminentissimus, ac fidei catholicae promugnator acerrimus, here-  
 ticorum malleus, aequè pius, prudens, humilis ac summe  
 eleemosynarius. Sacrum Collegium cardinalium ac uni-  
 versa curia Romana tanti viri amissionem non sine  
 lachrymis indoluere prout in commentario publico, in  
 quem referuntur cardinalium singulorum obitus ad  
 verbum habetur.

Robertus Bellarminus in Monte Polittano (quæ urbs  
 est Etruriae episcopali titulo insignis) ex Marcelli II Pont.  
 Max. sorore natus adolescens Societati Jesu nomen dedit.

In Belgicam missus annos aliquot Lovanii magna eruditioni fama Theologiam explicavit, et latine concionando, qua erat eloquentia magnum sibi nomen peperit. (Aliquot sermones ejus hunc temporis descriptos a nostro seniore Proxerio penes me habeo.) In Italiam reversus controversiarum libros accuratissima methodo digestos adversus veri nostri sectarios incredibili omnium catholicorum applausu ac fructu publicavit et quamvis scripta ejus per partes pestilentis cathedrae ministri in Britannia Germania, Gallia et Batavia vellicare ac refellere contendant lectus tamen arare frustra que sudare a suis etiam commilitonibus passim judicantur non secus atque si dentem solido infigant atque infringant. Virum itaque de Ecclesia ac republica christiana optime meritum, quamvis invitum ac renitentem, ut erat modestia singulari praeditus, Clemens VIII anno 1598 Cardinalem S. Mariae in via (quae est Servitarum) omnibus applaudentibus renuntiavit. Exinde Capuanus ab eodem archiepiscopus creatus cum aliquandiu ea in urbe residisset suisque verbo et exemplo praerisset, onus illud angelicis humeris formidandum deponere maluit, quam absens (ad urbem enim revocabatur pro universae Ecclesiae bono) annuis illius basilicae frui proven-tilibus aut dignitate. Magna itaque sanctitatis opinione mense, ut dicitur, Septembri decessit, habitusque in Ordine nostro Ercenarium singularem.

Hoc tempore plebs Parisiensis Henrici Lotharingi Ducis Mainii ad montem albanum, quem Ludovicus

rex obsidebat, miserando casu commota atque exacerbata Ekaren-  
 tonium (vicus est altero a Lutetia lapide, Calvinistarum ad  
 conciones habendas conventiculis infamis) facto armatorum globo  
 die 26 Septembris evolvit, et incenso eversoque illic impio  
 templo obvios quosque Hugonothos cruciavit; Duce Non-  
 bazonio urbis gubernatore una cum magistratu frustra  
 obistente. Perempti sunt in universum ex utroque sexu  
 circiter quadraginta: et plures haud dubie perierunt nisi  
 praedicti plebem tumultuantem compescuissent vigilis  
 ad singulos urbis vicos ac portas collocatis. Ne porro fero-  
 cientis plebis furor ad plures transiret, nonnulli ex  
 tumultuantibus qui suburbanas ad S. Marcellum sedes  
 Hugonothorum spoliare conati fuerant jussi Senatus  
 apprehensi laqueo vitam finierunt. Commendatur in  
 Carta Dux his verbis: <sup>mus</sup> Ser<sup>mus</sup> princeps ac D. D. Henricus  
 a Lotharingia Dux de Mayenne et d'Esquillon  
 magnus cambellanus Galliae habens Cricenarium per  
 totum Ordinem.

P. Prior circa finem Septembris aliqua immutavit  
 circa tabulam vel signa eorum, qui cantare debe-  
 rent Missam in conventu ponerentur a dextris, a  
 sinistris vero qui haberent Missas privatas. Cum antea  
 omnia signa ponerentur a dextris sed addelatur rotula  
 cum inscriptione Cantu vel cantu secundo a sinistris  
 eorum qui habebant Missas cantandas. Axioma Philo-  
 sophorum est, frustra fit per duo, quod potest fieri per  
 unum.

In laboribus post festum S. Michaelis ex mandato ejus.

dem P. Prioris incepimus distinguere gradualia rubris virgulis, quod opus intermissum fuit usque ad Adventum. Quo tempore P. Vicarius S. Richardus aliquot religiosos adumpsit qui opus inchoatum perficerent, saviente quamvis gelu, sed dolendum exemplar nobis Valencemis missum non fuisse correctius notatum nec respondebat in notis cum nostris, hinc errores multi commissi sunt ut ipsemet S. Prior fatetur. Dolebam certe libros tanto Patrum labore descriptos et tam nitide et accurate sic quasi corrumpi et alterari, nec tamen negandum distinctiones istas juvare ad concordiam vocum, ut unus alterum non nimis precedit.

In festo S. P. N. Brunonis (cujus etiam nomen refert novus Prior) admissi aliquot cantores aule seniores post Offertorium et sub Canone et communionis cantarunt music: sicque religiosi cum secularibus convenerunt ad benedicendum nomen sancti Confessoris, ad refectorium invitati sancte id est sobrie tractati fuerunt.

In festo S. Ursulae dati sunt ducenti floreni a Ser<sup>mo</sup> Infante Monialibus domus Gornay quos tulit fr. Ludovicus Conversus noster. Premium devotionis erga sanctam sodalitatem potius dixerim, quam catelli quem miserant in Hispaniam postea deportatum.

Eodem die in Hispaniis Calderon supplicio affectus fuit.

Impetravit et pro monasterio virorum (cujus erat professus) pulchrum ornamentum ex serico rubro, hinc musitationes et querelae aliquorum audiebantur, qui puta-



tant fore ut sua domui semper studeret et hanc negligeret, quod tamen post hoc prestitum contrarium evenit.

Circa finem mensis Octobris novus Prior domus in Zeelhem prope Diest, S. Laurentis Genant Zelandus natione, volebat proficisci in Hollandiam ea confidentia quod domus ipsius sita sit in patria Leodiensi, et sub salva gardia praei istius. Verum non longe progressus incidit in milites Hollandos quibus quamvis allegaret neutralitatem non admitterent, dicentes illos esse sacrificulos et monachos (pappen) propter quas gerent, maxime bellum, adduxerunt ambo Priorem et Donatum (cujus digito strinxerant, rata balista ut sanguinem et numos elicerent) ad abbatiam Congerloo (ni fallor) et effecerunt pro eorum liberatione acceperunt centum florenos postea abbati restituendos a Priore qui Sylva montucis usque peregit.

17 Octobris in civitate facta est, solemnis supplicatio pro beatificatione S. Thomae a Nova villa Ordinis S. Augustini quondam praedicatoris et eleemosynarii Caroli V imperatoris, praecedenti nocte pulsata campana et fusilia in aerem factata.

In principio regiminis sui Ser<sup>mo</sup> Infans impetravit a Summo Pontifice peculiare jubileum pro Belgio, quod 24 Octobris publicatum fuit.

Gregorius Papa XV universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Universo gregi Dominico nullo merito prepositi cunctorum populorum Christi fidelium necessitatibus quantum cum Domino conceditur consulere assidue conamur. Tgitur ad

Christi fideles in provinciis Belgicis existentes mentis aciem intendentes ejusque presentes necessitates divino auxilio maxime indigere cernentes, ut illud efficacius implorari et uberius a divina clementia impetrari valeat celestis Ecclesie thesauri cujus nos auctore Domino dispensatores sumus copiosa erogatione pro solita apostolicæ sedis benignitate providendum duximus. Quapropter omnes Christi fideles in provinciis predictis existentes hortamur in Domino, et enixe requirimus, ut quoniam humilium semper Domino placuit deprecatio, in humilitate cordis ad Deum converti non differant sed jejunii orationis et eleemosynarum pium officium studiosius assumant, et Deum exorent, ut populum suum celesti favore respiciat in presentibus necessitatibus et exaltetur nomen ejus solius, ut laudent eum omnes fines terræ fidem catholicam promovere, hæreses extirpare, principibus christianis pacem et veram concordiam largiri et omnibus presentibusque necessitatibus subvenire dignetur, etc. Deinde plenissimam peccatorum indulgentiam et remissionem sicut in anno jubilei servatis ordinariè servandis elargitur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 11 Septembris 1621, Pontificatus sui primo. P. Prior fecit eleemosynas nomine conventus, et injunxit visitationem ecclesie et sacelli anterioris pro impetratione Indulgentiæ.

8 Novembris tandem advenit Procurator nobis per chartam designatus S. Arnoldus de Kegel Bruxellensis natione, professor domus Leodiensis, Hispanicæ linguæ bene peritus, quippe qui ante ingressum Ordinis servierat, legato regis Hispaniarum, vir secularium rerum peritus nec minus

religiosus modestus et exemplaris, pro litteris salari- conductus debuit dare 20. florenos.

12. ejusdem hinc discessit S. Gerardus Eligii professor hujus domus qui recenter Brugis huc redierat, ut esset Vicarius et socius Prioris S. Gophix Buocoduci cujus epistole ad S. Gerardum datæ fragmen subjungo.

V. P. S. Gerardo Eligio religioso in Cartusia Bruxollensi.  
 Cum sit omnino necesse ut hic sit aliquis loco S. Procuratoris non quidem in loco officii sed tantum ut habeam aliquem mee conscientie testem et consolatorem, qui erit mihi tanquam frater et socius spiritualis sine ulla molestia vel officio quod ex se non appetit, et vestra laudabilis vita satis solitaria et abstracta (sicut hic convenit vivere) sit mihi satis perspecta, præ ceteris omnibus vestram personam quam in Ordine genui, elegi, vestra presentia et conversatio spiritualis esset mihi pergrata, et in Deo jucunda et meritoria virtute sanctæ obedientie. Non quidem vos et nos latere debet quod statim post professionem in Ordine factam religiosus non sit amplius sui juris, nec ullam sui nec suorum in ulla re servare potestatem, neque Dei et superiorum voluntati absolute ad motum resignans. Quod egregie S. Bernardus notat: Cui vestri inquit, nobis semel credidistis, quid rursus de vobis intronittitis. Et PP. Patres inter flagella Dei numerant hominem sibi ipsi relinquere et inter maxima Dei beneficia reponendam existimant illam gratiam qua homo se ipsum exciit, ut a sua Majestate in suis ministris gubernetur et possideatur, quibus animam suam libere tradidit gubernandam, tanquam iis qui exactissimam de illa reddituri sunt rationem. Idem

fere S. Basilus habet qui seipsum abnegavit, inquit, seseque volun-  
tatis spoliavit is non quod nulli faciet, sed quod docetur,  
neque ratio permittit eum sibi quod expediat eligere, qui  
gubernationem sui aliis tradidit. Præterea caritas nos astin-  
git et mandat parentibus nostris in senectute succur-  
rendis et fovendis. Nacte ergo fili mi, succurre jam Patri  
suo, qui te in Ordine genuit in senectute sua, et magnam  
apud Deum tam caritatis quam sanctæ obedientiæ habebis  
mercedem et me tibi reddes devinctum, ut sic mereamini  
benedictionem quam concedere dignetur qui est largitor  
omnium honorum. Ex nostra solitudine Sylvestri hac  
17 Septembris 1621.

Vester in Christo carissimus

fr. Joannes Emmechoven.

Hic amectabo itinerarium ejusdem D. Gerardi quod  
scripsit ad D. B. Cutclair Priorem nostrum qui et illud  
maximi fecit et laudavit.

Venerando Patri in Christo P. Priori Cartusie Brucellensis.

Petistis a me, Venerande Pater, in discessu meo,  
vel potius in exitu meo de Ægypto ut significarem  
vobis utrum bonis avibus appulsem ex quo sollicitudo  
vestra et paternus affectus maxime notari potest, qui  
semper se prodit et extendit etiam extra spheram suam,  
quis enim celaverit ignem, inquit ille, lumine qui  
semper proditur ipse suo, quandoquidem igitur res  
hæc vos suspensos teneat, liberabo vos omni metu, et  
paucis expediam vobis iter successusque meos, qui qua-  
tenus auspiciati felicesque fuerint eatenus vobis adscripto

precibusque vestris, quibus secundasti iter meum, quatenus vero adversum aliquid nobis obtigit mea culpa factum fuit. Nos igitur sub noctem profecti navigio venimus altera die Antuerpiam, quo cum appulsemus nihil prius sollicitiusque curavi quam ut profectionem pararem in crastinum, videbatur enim mihi periculum futurum in mora si differerem, festinandum vero accelerandumque dictabat. nescio quis bonus spiritus si salus esse vellem. Interea divertimus ad bonam hospitam cognatam fratris Cegidii, quae nos cum summa humanitate excepit sicut et parentes omnes ipsius, quibus hanc gratiam debeo, quod nihil Antuerpiae expenderim. Postridie convenimus aurigam cum quo pacti sumus pro vectura, constituimusque ei quatuor florenos dare. Qui non minus diligenter quam fideliter venit nos illo die (erat dies dominicus) sed non sine maximo metu, quamvis sane non esset meticulosus, timebat enim verissima pericula, quae quia recenter adhuc incurerat, et vix interpositis totis quindecim diebus captus, ligatus et Gertudibergam transductus fuerat, ideo tanto magis omnia suspecta habebat. Igitur interdum subsistere subinde diligentius auscultare num vocem audiret, tum humi primum dejicere inter spem et metum, quo se verteret non habebat. Tandem consilium fuit ut sub noctem proficisceremur, datoque equis pabulo prosecuti sumus iter nostrum nocte conculia per vias invias, desertas, sed non inaquas, nam perpetuae pene occurrebant nobis aquae, unde qui mecum proficisceretur debuit se dissolvere, et nudis pedibus per paludes in densissimis tenebris incedere. Erant in comitatu nostro juvenes nescio qui vel unde, quibus

venit in mentem ut lumen acciperent in rheda, quod et fecerunt, sive ut qui nos viderent putarent ignes fatuos sive etiam quod magis puto ut tenebras vincerent. Cum si quis nos vidisset potuit timere quam terrere videns rhedam plenam lumine, alium nudipedem procedere per aquas nimis velut faunum aut silvanum, subaudiensque voces lascivientium juvenum per noctem horrendas confusumque non intelligens nostrum murmur hoc mysterium noctis videns non timuisset, usque ad duodecimam noctis prosecuti sumus iter nostrum in hunc modum. Porro fuit mysterium et dispensatio Dei mirabilis, qui renitente auriga contradicentibus aliis et non obstantibus aliis impedimentis coegit nos iter arripere, quod nisi fecissemus, si vel ad duas aut tres horas projectionem inceptam procrastinati fuissetis in manus hostium, qui mane visi sunt in insidiis juxta viam, per quam jam transieramus. Benedictus Deus qui eripuit animam a rugientibus preparatis ad escam, qui ex quo nuper cæsi sunt, impatientissimi sunt, nec uno se continent loco puto vos intellexisse quomodo nuper a nostris viginti partim cæsi partim capti sunt, et in hanc urbem adducti duobus tantum ex nostris cæsis, unde tanto infectiores sunt, et vias tanto magis obsident, quæ res maxime terret P. Priorem Diestensem, qui nobis adhuc adest, nec videt quomodo possit redire. Seliberal quotidie quid facto opus silvium sub rustico habitu vel ementito nomine vel aperte velit se committere vix. Vos certe, Deo laus, erupimus, excessimus, evasimus et jam celeuma cantamus. Quamvis non

defuit etiam adversus casus, nam cum venissemus Lielbergum et pro  
 letitia currum agitarem quasi jam evasissemus manus hostium  
 subito currum eversum sursum deque revoluti sumus in caput,  
 in pedes et qui primus projectus fuit in lutum ego fui citra  
 tamen omnem lesionem, si me vidissetis in illa hora putassetis  
 Thomam Morum aliquem procedentem ex luto, fœdato habitu,  
 et ad vicinos tendentem dexteram, sed hoc dictum sibi animi gratia.  
 Jam ad alia. Quædam ad domum et habitationem hanc attinet,  
 omnia salva et sarta tecta sunt mihi. Et Gerardi quidem  
 nihil interest hic ne an alibi putescam quamvis optandum mihi  
 sibi in domo mea mori, in qua mihi nasci contigit in Domino.  
 Tamen ubicumque Deus voluerit ibi requies mea sit, tantum  
 sit pax et veritas in diebus meis, quam etiam vobis omnibus et  
 mihi temporibusque nostris his afflictissimis precor. Nulla salus  
 bello, pacem se proscimus omnes, inquit Virgilius, debeo vobis  
 maximas gratias quod me commendaveritis P. Emmeckovio,  
 miratus sum unde mihi tantum se inclinaret, et quare se  
 tam promptum paratumque in necessitates meas offerret. Sed  
 statim suspicatus sum quod res erat videlicet, opus et epistolæ  
 vestre gratiam esse, pro qua me devinctum habebitis et para-  
 tum ad omne obsequium vestrum. His valete. Ex nostra  
 Cartusia Sylveducensi 19 Novembris 1621 saluto <sup>omnes</sup> ~~vos~~. Caritati  
 vestre addictissimus fr. Gerardus.

Has epistolas magnificè P. Prior quia forte primæ erant  
 quas ab eo unquam acceperat, nec perspectum usquequaque  
 habebat ingenium ipsius. Dignum duxi propter historiam  
 his inserere: alternis uti delectabile.

Circa hoc tempus P. Prior mandavit ut dum in supplicatione

deficiunt, hymni proprii non fastidiose repeteremus versiculos ultimos sed aliquid de communi cantaremus.

Hoc mense Commissarii per chartam designati inceperunt provinciam visitare a domo Leodiensi, prætermittis aliquot domibus propter pericula belli.

Aqueductum qui Gandavo ducit Brugas et inde Ypras hoc anno 1621 die Novembris 10 Senatus ipse Gandensis immissa in eum navicula navigabilem fecit, et sua presentia sublati Caroli V Cæsaris in altum recessit ad aplaustia primo cohonestavit. [Nob constitutionem Gregorii Papæ XV de electione Romani Pontificis silentio pertransire, quamvis res longe petita videatur, ut ex ea non excerpam quæ usui nobis esse possunt, ad eligendum bonum Pastorem

S. D. N. D. Gregorii divina providentia Papæ XV Constitutio de electione Romani Pontificis.

Gregorius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Aeterni Patris Filius magister et Legislator noster Christus Dominus, cujus omnis actio nostra est instructio licet portaret, omnia verbo virtutis suæ, nec esset quidquam absconditum ab oculis ejus tamen priusquam ad Apostolatus munus duodecim Apostolos eligeret et nominaret, quod alias unquam fecisse in scripturis non legimus pernoctare voluit in oratione Dei: et antequam B. Petro omnium suarum curam committeret tertium repetita interrogatione finem ectare æterni amoris ejus professionem, nos scilicet erudiens quanta diligentia, cautio et cura in omnium pastorum electione admitti debeamus ut boni eligantur, et fideles præ-



sertim vero in B. Petri successoris, qui orbis est lumen, doctor gentium et pastor pastorum.

Quapropter satis etiam admonemur nihil eorum quae ad electionis Romani Pontificis negotium cautius et melius transigendum conducunt, omitti debere: salus enim non unius membri sed corporis totius agitur cum de capite consulitur. Tgitur etsi diversis Romanorum Pontificum nostrorum (praedecessorum) et sanctorum Patrum decretis salubriter provisum est, ut ejus electio rite et recte peragatur, et in ea non caro et sanguis aut humana sapientia, quae stultitia est apud Deum, dominetur, sed Spiritus Sancti gratia omnia dirigantur et gubernentur, nihilominus ut dies diei eructat, verbum et nox nocti indicat, scientiam experientia comperitum est salubriori remedio locum non deesse. Nos igitur quos posuit Dominus nullis suffragantibus meritis regere Ecclesiam suam ne extremo die praetermissi officii in re tanti momenti a nobis ratio a districto iudice exagatur, quod multorum etiam votis et postulationibus multum expetitum est. S. Spiritus gratia faciendum decrevimus, etc. Juramenti formula quam a Cardinalibus expetit talis est: Cetero Christum Dominum qui me iudicaturus est, me eligere quem secundum Deum iudico eligi debere. 17. kalendas Decembris.

Hoc tempore dedit ecclesiae nostrae Dominus Quesnoy  
Nunc habemus vicinus noster sesquipedalem statuam S. Annae ad simili-  
eamdem statuam aeneam quam domi reservat de qua mihi narravit.  
suam aeneam cum pessimo ulcere percussus esset in genu, et fere  
pretio compa- desperatus ab omnibus evocavit quemdam Germanum qui  
ratam in altari aule insermebat, et promisit illi balneum facere ipso  
S. Annae. recedente odoratus est herbas quas sequenti die attulit pro

balneo faciendo, videbatur illi odorem procedere ex statua  
S. Anne, quare uxorem et domesticos sollicitè compellavit ut  
viderent num quidquam ibidem esset et bono omine quia  
curatus fuit, postquam diu yacuisset.

In Decembri ivit S. Petrus Alvarez monachus noster Lova-  
nium pro suscipiendis tonsura clericali, minoribus ordinibus  
et subdiaconatu.

23 Decembris Ill<sup>mus</sup> et R<sup>mus</sup> D. Jacobus Boon ex episcopo  
Gandensi creatus archiepiscopus Mechliniensis cum pompa  
intrauit Mechliniam, et ipso natali die (puto in missa  
medie noctis) accepit pallium. Subjungo chronographicum:

Nata l'ls ante Aertlo fest VIII Die

V'ls gestit l'ntant l' beata p'æst l'le

Anagramma  
jacobus Boone  
Ciba oves bono

Postquam sufficiens amoris index  
In Christum patuit, caput potentes  
Claves Pontifici Petrus supremi  
Hanc audire merens ab ore Christi  
Vocem, pasce oves meas. Amoris  
Index flamma tui, jacobè, nuper  
Ganda fulsit in urbe quando egenos  
Atque egros ope liberationi  
Tulcite: Inde merens illa Christi  
Verba audire, Ciba bono faventes  
Vetus pastor oves, ubi cathedram  
Quartus Mechliacam archiepiscopus intras

Quando quisquis amas suam salutem  
 Et quisquis patria cupis salutem  
 Nam quod nomen habere cernis omen  
 Qua Petrus hic regit fidelitate

De exemptione ab officio defunctorum  
 his temporibus introducta

Usque ad tempora S. Brunonis d'Outelair Prioris moderni  
 officiales Priores scilicet et Procuratores nunquam ex integro ab-  
 sentarunt se ab Agenda, quæ persoluta in choro tam post  
 vesperas quam post Matutinas, et predecessores ipsius  
 Priores nostri sepius perseverarunt nobiscum in nocturna  
 synaxi usque ad finem Laudum. Hic autem ex alia pro-  
 vincia ascitus alium morem observavit, ut ferialibus diebus  
 post Matutinas exiret prout dicitur fieri in Cartusia et  
 alibi; et V. Prior quandoque in excusationem sui facti  
 prætextat negotia et occupationes domus quæ cogent, cum  
 preoccupare horas, ne se citius lecto committere quam ceteri  
 religiosi; quamvis hoc verum sit sed hoc adhuc verius, quod  
 per R. Patrem officia defunctorum commutentur in certas  
 Missas, aut pro universis delictis, aliud Missarum onus  
 præscribat, ante annum 1614 vis unquam audivimus; nec  
 quisquam in hac domo hanc gratiam petiit ante S. Regidium  
 Van Plittermyck Procuratorem tunc temporis existentem, qua  
 tamen gratia reverende usus est quando absens erat aut aliis  
 negotiis impediebatur, nec tamen ex toto chorum dimisit  
 ad lectionem Agendæ. Prior etiam supradictus dum esset  
 sacerdos hebdomadarius et regulariter perseveravit usque ad  
 finem Laudum et S. Arnoldus de Kegel Procurator ipsius,

idem preestitit, nec se reprehensibilem in frequentanda nocturna synagoga prebuit.

Jam dicamus de jure istius exemptionis quam inde exortam existimo quod legi apud Bartholomæum Garantum commentario in rubricas Bremarii romani sect. 18 cap. 11.

Si accidat in obligationibus officii defunctorum aliqua necessitas ex causa rationali reducendi aut commutandi aut eas moderandi ad tempus seu in perpetuum declaravit sacra Tridentini Concilii Congregatio sess. 25, cap. 4 posse episcopos in synodo, et Regularium superiores in Capitulis generalibus circa hæc officia decernere, quidquid magis expedire judicaverint, ea commutando in Missas, etc.

Hinc rursus quaeritur an hi exempti non teneantur ad Officium omnium defunctorum in die et altera omnium Sanctorum. Nam supradictus auctor Garantus sect. VII, cap. XIII ait; Neque Officium hoc defunctorum omitti debet cum sit pars divini officii eodem die prescripti; ut notat Suarez lib. 4 de Hor. canon. cap. 25, num. 8 et 9.

Modernus Prior D. Agathangelus Le. Cleric professor Carusie interest Officio defunctorum etiam post Vesperas, 1640.

Sub Priore D. Gilberto Rauhasio et aliis Prioribus ex hac provincia assumptis maxime viguit inter nos consuetudo illa pia nos mutuo salutandi præcipue in recessu ab invicem, per ista verba Deo gratias qui fuit mos antiquorum christianorum, uti nunc etiam multis aliis religiosis familiaris in omni salutatione et congressu vox juxta doctrinam Apostoli ad Ephesios cap. 5, v. 4: Sed magis gratiarum actio nominetur in vobis. Nam quid melius, inquit S. Augustinus

epistola et animo geramus et ore promamus et calamo exprimamus, quam Deo gratias. Hoc nec dici brevius, nec audiri letius nec intelligi grandius nec agi fructuosius potest. Deo gratias qui te tam fideli pectore ditavit, etc.

In principio anni 1622 pax confecta est inter Caesarem et Pethehemum ut hic regis titulo abtineat, et coronam Hungariae reddat, vicissim Caesar ipsi titulum principis imperii et septem praefecturas in Hungaria et duos ducatus in Silesia concedet. Post hoc Jaegerndorffensis a Caesare et Saxone ex Silesia profligatur, et superiores Germaniae provinciae aliquantulum pace respirant.

Verum Mansfeldius in Alsatia multum damni dat, et interdum accipit. His de externis et statu temporis hujus praefatis ad nostra accedamus.

In principio hujus anni obiit Dominus Philippus Wuesel consiliarius in cancellaria Brabantiae, qui longo tempore nostram ecclesiam diebus dominicis et festis assiduus frequentavit. Plures habuit fratres qui omnes sicut ipse celibes obierunt quorum unus fuit cancellarius Brabantiae, alter decanus Trajectensis, qui non ita dudum in ejus sedibus mortuus est et sepultus apud Dominicanos. Tertius item fuit sacerdos, appositus est, et ipse ad fratres et Patres suos postquam diu cheraagra et podagra laborasset, quamvis ut dixi, celebs dixisset et abstinentius ut qui nullos unquam ad convivium invitet, nec ad aliorum convivia accederet. Juvenis edidit librum pro defensione fidei latinae, et historiam sui temporis gallicae, ni fallor, concipit.

Quamvis praeterito anno habuissemus Visitationem, rursus et hoc anno per P.P. Commissarios P. Priorem domus Valencennarum et P. Priorem domus Cornacensis in collegam assumptam 2 Januarii et sequentibus fuimus visitati: sed cito absoluerunt quanto frequentiores habemus Visitationes tanto minus venit ad dicendum, et officiales in officio recenter erant instituti. Ordinationes nihilominus fuerunt numero 32 praeter admonitiones praecipuas tantum, quae novi aliquid adreuerunt recensendo.

1. Sacrista procurat deferri ad ecclesiam scabellum diebus dominicis cui supponi possent vasa aquae benedictae ne nimium irreverenter curvare se cogat sacerdos. [Scabellum cum altero vase ibidem relicto solebat D. Procurator aufere sed postea P. Prior mandavit ut junior laicorum id faceret.]
2. Diebus ferialibus pulsetur pro prima de die praecise hora sexta iuxta morem Ordinis etiam in aestate, [quod etiam P. Gervais ordinaverat anno 1609, aliqui nitentur in contrarium ut hora quinta fieret, ut verum fatear erat nimis mane, nec in aliis domibus provinciae observatur imo senior domus P. Cavenaer qui fuerat Prior (prout recorder) contradixit istae consuetudini introductae.]
3. Ab festo omnium Sanctorum diebus ferialibus pulsetur ad Completorium ad medium Sextae; pro matutinis de Domina ad medium undecimae et vigiliae serventur. [Haec ordinatio est multo commodior altera consuetudine qua hora quinta pulsetur ad completorium, et nisi ad undecimam pulsetur pro matutinis de Domina quare tantum tempus summo tribuere ut vesperi non possemus nos calefacere aut vice potum sumere.] Hoc tamen displi-

cebat quibusdam quod ad medium undecimae non praecise ad horam undecimam pulsaretur ut ceteris in civitate conformaremur, et quia quidam seculares ad pulum nostrum sua negotia dispo-  
nerent.

4. Spatiamentum capiatur prima die secura cum preceden-  
tis licentia. A modo habemus ordinarie spatiamentum feria 2,  
cum hactenus haberemus feria 5 vel quando in dictam feriam  
festum incidebat feria 3 more totius Germaniae, quod condu-  
cebat ad levamen solitudinis, nihilominus diebus Minutionum,  
prout Statuta volunt, tunc feriam 2 et sequentes duas dies  
capiamus, sed primo die si secura erat domo esibamus  
quod in provinciis Franciae hebdomadatim observant, quoniam  
ipsi semper exeunt, et horam praeveniunt, conformantes se  
privilegiis majoris Cartusiae.

Comentuales diebus Minutionum non deflectant ad  
alveum praeterfluentem ad meridionalem partem sed ut  
regressi sunt, ita per posticum regrediantur (scilicet ut  
nunquam per majorem portam regredi possimus).

Diebus abstinentiarum Ordinis omnes petant gratiam, etiam  
hi qui volunt abstinentiam facere (quod valet ad illam  
penitus exterminandam).

Religiosi neminem confratribus commendent scedula  
habule affixa nisi de licentia presidentis (propter aliquo-  
rum imprudentiam).

Corrector habeat ante se libros apertos homeliarum  
sive Biblia sacra dum ex his cantantur lectiones ut  
errantes corrigere melius possit.

Media pinta cer- Detur unicuique religioso media pinta cervisia primarie  
visie primarie.

vesperi in refectorio quotiescumque ibi simul comedunt. *Alia* ab aliquot annis ponantur duo pocula ejusdem cervisie, quod minora essent hæc alla, quam hæctenus habueramus capaciora, et proinde unum sufficiebat, præterquam sit satis necessarium propter fructus quos ordinariæ e vesperi crudes apponunt.

Possunt accendi quatuor interstitia diebus solemnioribus (quando P. Prior cantat) tempore consecrationis quarum unum diaconus, alterum sacrista, duo reliqua gestent juniores, quæ extinguat sacrista et junior omnium qui ea gestaverit. Quando religioni loquuntur de P. Priore vel de se invicem præponant nomen Patris vel Domini, quod non satis exacte observaretur in hac domo.

Lectores primæ, quintæ et nonæ lectionum (quævis sint, alterius chori) antequam vadant ad lectorium debent deferre lumen correctori, etc.

Subscripterunt.

Jr. Petrus Lion, Prior Car<sup>æ</sup> Valencemensis, Jr. Athangus le Clerc,  
 Visitator Provincia Picardie. hum. Prior Car<sup>æ</sup> Comacensis

In hac Visitatione provincie nullus priorum absolutus fuit quod admodum rarum est, quamvis R. Pater de officialibus querelas accepisset, quin etiam P. Commissarii fassi sunt se non invenisse faciem provincie tam turpem sicut apud dictum R. Patrem traducta erat, quosdam Vicarias permutarunt.

3 Februarii Juliacum Comiti Bergensi certis conditionibus deditum est post obsidionem quinque mensium; et Ill<sup>mus</sup> archiepiscopus D. Jacobus Boon pro primo mandato injunxit nobis ut cantaremus Missam de S. Crimi-



Adde in gratiam actionem, posthac cessarimus a publicis precibus quas predecessor ipsius Mathias mandaverat singulis sex septimanis iterandas pro bello Germanico.

In principio Martii P. Prior voluit ut in colloquio post lectionem evangelicam vel Statutorum legerentur per sacristam nomina eorum, qui scribuntur in majori calendario domus habere Anniversaria: quando veni ad Ordinem circa annum 1606 nomina confratrum et benefactorum dumtaxat. legelantur ex parvo calendario ad hoc deputato in quo et pitantiae signanter describebantur, quae consuetudo viguit et in aliis domibus provinciae: sed ab anno 1609 ordinatio P. Serval servata fuit, qui injunxerat ut lector Martyrologii numeraret ex majori calendario quot occurrerent illa septimana Anniversaria, numerumque referret ad P. Priorem qui fratribus inter preces intimabat.

Circa hoc tempus obiit Antwerpiae D. Marcellus Eversdyck advocatus natione (ni fallor) Hollandus, qui habuit participacionem Ordinis et legavit nobis in testamento suo quadringentos florenos, cujus anima requiescat in pace cantamus pro eo tricenarium, nam tales benefactores raros hoc tempore habuimus.

Ante Quadragesimam Caesar celebravit nuptias cum Eleonora principe Mantuana.

12 Martii in festo S. Gregorii Ecclesiae Doctoris Gregorius XV retulit in numerum Sanctorum B. P. Ignatium de Loiola Societatis Jesu fundatorem et B. Franciscum Xavierium ejusdem socium Indiae apostolum, B. Philippum Nereum Oratorii fundatorem et B. Matrem Cheresam reformatricem Ordinis Carmelitarum et quintum S. Thedorum Madriten-

sem Epulionem.

Eodem die celebratae sunt in hac civitate Bruxellensi exequia Alberti Ducis, sed qua pompa et ceremoniis non erit ingratum posteritati (ut spero) describere quamvis eo tempore multa fuerint edita, sed exemplaria facile pereunt.

Narratio pompae funebis archiducis Alberti.

Tertio Idus Julias superioris anni 1621 circa meridiem e palatio suo Bruxellensi in caelum translatus fuit Ser<sup>mus</sup> princeps noster Albertus, cadaver autem principis habitu franciscano indutum et capulo plumbeo inclusum in majori sacello palatii sub sacristia repositum menses fere octo quievit.

Quinto Idus Martias anni 1623 iterum in majus sacellum a cubiculariis relatum est. A meridie vigiliis et justis funebribus interfuere Ill<sup>mi</sup> et R<sup>mi</sup> Legatus Apostolicus, archiepiscopi, episcopi, abbates, legatus regius, equites aurei velleris, consilarii status, consilii sanctorum finantiarum, cancellariae camerae receptuum, Magistratus urbis alique. Sacellum pannis lugubribus coopertum insignia archiducis ubique ostendebat. Feretrum veste attalica sectum collocatis ab utroque scamnis, quorum ornamenta in descriptione regi funebis declarantur, strobate ovali senos ascensus praesenti insistebat: et hi totidem strobatis argentea candelabra sustentibus separabantur, circumquaque luminibus innumeris collucentibus. Coelum vestis attalicae Pyramidali forma expandebatur cinctum ramis palmae laurique.

Tabella Alberto extincto iuxta persolvit, et magnificentissimum adornavit funus, quod e palatio in summum urbis templum tam admiranda pompa ductum est, ut non tam sepulchro quam caelo inferri Albertus videretur. Triumphanti similis non quia urbes, provincias, regna devicerat, sed quia spreverat ipso contemptu gloriae gloriosus.

Omnes igitur funeri faciundo paratis ad delicium sequentis diei  
 jussu regis armorum cuncti convenere. Nobiles quidem in atrium  
 aulae, ecclesiastici vero partim in sacellum palatii, partim in tem-  
 plum proximum S. Jacobi a frigido monte. Signo deinde dato  
 duo ministri aulici processerunt. Guldis (ut eorum nomen est) hos  
 ipsos sequentibus. Quarum prima divo Michaeli sacra est, post  
 hanc sequebatur S. Christophoro, tertio S. Georgio, deinde S. Sebas-  
 tiano et Antonio postrema (quae magna Gulda dicitur, cujusque  
 regina perpetua est. Ser<sup>ma</sup> princeps nostra). Haec Guldae arma in-  
 versa ferebant, signa hastasque per terram trahentes. Symphona  
 autem et tibiae pennis lugubribus secte Lydium carmen occine-  
 bant. Designator ecclesiae collegiatae has Guldas sequebatur qua-  
 dringentos ducens pauperes capite cucullas, manibus sedam  
 (duobus insignibus ornatam) gestantes. Post hos duo sacellani  
 aulae, deinde Bedellus. Ordines mendicantes sua labara seque-  
 bantur cereos accensos referentes:

Primi quidem Ordinis S. Francisci de Paula numero 40;  
 deinde Capucini numero 55; Bogardi tertii Ordinis S. Fran-  
 cisci numero 56; Augustiniani numero 130; Dominicani nu-  
 mero 106; Carmelites numero 116; Franciscani numero 88.

His succedebant ecclesiastici parochiarum S. Catharinae,  
 S. Nicolai, divi Gauderici, de capella S. Virginis, Capitulum  
 divae Guldae. Gallice prout inveni sequentes descriptos sub-  
 jicio, ne errem.

40 chant musiciens que joueurs d'instruments de la court.  
 15 chapelains de la chapelle de la court, simples sci-  
 licet sacerdotes.

9 chapelains de l'oratoire de leur Altezes S<sup>ts</sup>, nobles

scilicet et licentiati:

4 prédicateurs.

Pevost de chanoines regulieres en l'eglise de S. Jacques dict Eau wenberghen mithe'.

Les révérends prelatz de l'Ordre S. Norbert ou Prémonstrez: 1. de Ninoven, 2. de Diligom, 3. d'Everboden, 4. de Congerlo, 5. de Turne, 6. de Tuelieu, 7. de Gimberghe, 8. de Helissem, 9. de S. Michel en Anvers, 10. de Bonne-Esperance, 11. de Floreff, 12. l'Abbe de Parck estoit diacre.

Les reverends prelatz de l'Ordre de Cisteaux: 1. l'Abbe de Loz près de Lille, 2. de Bandelo, 3. de Villers en Brabant, 4. de Cescamp, 5. d'Orval, 6. de Cambrou, 7. de Surynen.

Les révérends prelatz de l'Ordre de S. Benoist: 1. l'Abbe de S. Denys, 2. de Hierbeke, 3. de S. Martin, 4. de Munster, 5. de Waroete, 6. d'Anchin, 7. de Blangy, 8. de S. Andrien, 9. de S. Gislain, 10. de Marchiennes, 11. de S. Pierre lez Gand, 12. de S. Vaast.

Les reverendissimes évesques 1. de Gand, 2. de S. Omer, 3. de Namur, 4. de Courmay, 5. d'Amers, 6. d'Iperon, 7. d'Anas, 8. de Ruremonde.

L'Archevesque de Cambrai lequel suivent trois chapelains, chascun évesque deux. L'Abbe' peut estre un.

L'Archevesque de Malines devant lequel l'on portoit une croix eslevee, et estoit accompagné d'un diacre l'Abbe de Parck mithe', et subdiacre l'Abbe de S. Aubert a Cambrai.

Valets d'offices 46, aydes d'offices 57, chefs d'offices 56, valets servant 9.

Gentilhommes de la maison avec trois ou quatre medecins 18, gentilhommes de la bouche 25, arballes 4, trompettes 12.

Tuneri cohonestando ducti sunt equi duo. et triginta a duobus proceribus singuli, quibus totidem vexilla Belgarum aliarumque provinciarum præferbantur iis ipsis insignibus decorata quibus equi splendebant. Curram triumphantis liberalitatis sumptuosissime instructum sex equi splendide ornati trahabant quibus totidem adolescentuli habitu virginum vestiti insidebant, sua singuli insignia manu gestantes. Notabantur autem nobilitas, benignitas, prudentia, amor, ratio et providentia. In suprema curus parte sedebat liberalitas forma augustiore: in altera parte stabat ara, in qua jacebat sceptrum imperiale et ducale, itemque coronæ varicæ isto elogio addito His spectis obit. Circumcirca volitabant 27 vexilla regnorum et provinciarum quas Albertus patrueli Ferdinando vivens cœnerat.

Sequebantur primarii Comites qui insignia principatus videlicet gladium, galeam, sceptrum, coronam, etc. ferebant, abbas et Comes Gemblacensis gladium et pileum S. Spiritus. Postea sequebantur æconomi aule quorum princeps Marchio Spinola cum baculis cupis vestigiis insistebant duo armigeri pone quos 12 ephæbi. Tunc Celsitudinis cum sedis immediate ante corpus lectum panno aureo et deferretur a cubiculariis vel primariæ nocte comitibus, extremitates deferretur. Duces Bradensis Amaluis, Comes Egmondanus lecti capitibus et quartus eques aurei velleris et cubicularius. Coelum supra deferretur primarii Magistratus urbes sicut in lecto ingressu sequebantur feretrum Nuntius apostolicus et legatus regis Hispaniarum postea equites aurei velleris sed magnates

Agebant capita scilicet princeps de Ligne, Dux Arschotanus, Marchio d'Haure, reliqui Comites apertum habebant, consiliarii sanctioris Concilii, Domini finantarum, consiliarii cancellariæ et cameræ computum Magistratus urbis.

Reliquum est igitur ut dicamus quod palatium, area interior exteriorque lugubribus ornata erant. Magistratus totum iter ab utroque latere ligneis sepimentis clauserat, lugubriaque domibus civium et insignia archiducis appendi jusserrat. a Palatio nempe ultra Senenam deorsum ab illaque per pontem monetarium ad templum usque sursum.

Sepimenta lignea ab utroque platearum latere ab aula principum ad S. Gudule templum spatio 2462 pedum disposita. Cives numero 2487 plus minus extra predicta sepimenta ab invicem sex pedibus distantes et alternatim funalia insignibus lincis ornata securesque furibus coercendis gestantes iter inter septa medium ad minimum 18 ad summum 20 pedum. Pontem quoque ligneum latum pedes viginti super gradus templi S. Gudule exserat Magistratus pompe ducendæ accommodum. Templi columnas latera et parimentum lugubria texerant, quibus limbus e nigro holoserico superne additus insignibus archiducis ornabatur.

Inscriptiones sive elogia Albertina quæ in  
Annulo archiducali seu capella ardente,  
ut vocant, ad S. Gudule Bruxellis legebantur  
Auctore (mi fallor) P. P. Carolo Scribano S. J.

Alberto Austriaco

Elisabetha Austriaca XII optimo conjugii mestissima

conque duodecim imperatorum Austriacorum sanguini, duodecim ipsa imperatorum regumque genus, moriturum monumentum hoc, non morituris cineribus posuit, animum animo inclusit, celo utrumque recordandum. Bene lector precare et cum Alberto non possumus, eternum Elisabetha fruamur.

Alberto.

Archiduci, Duci, Comiti, Marchioni, Domino optimo, maximo principi, patriæ parenti matrum parental Belgium; non fugitivo marmori, non æri, sed eternaturæ animæ magnos includens cineres eternum victuras. Ita solet pios parentum cineres pia progenies condere, ut exinde gemina quisque felix vivat anima, principis et sua.

Alberto justo

Par in omnes, quo æquitas duceret ceca mente et manu, affectuum ignarus sequelatur, nulla personarum, opum, honorum prerogativa.

Alberto pacifico

Nunquam in bella iturus nisi cogeretur: quæ tamen paci præstueret ut merito inscribi monumento possit, Princeps pacis.

Alberto clementi

Omnes admittere solitus, repellere neminem; in indulgentiam, quam severitatem prior. Nullum factum illius crudele, benigna plurima.

Alberto nobili

Austriacorum duodecim imperatorum sanguis. Non fuisse, modestæ, potuisse omnium suffragiis imperatorem esse; omnium votis debuisse virtutis fuit.

*Alberto forti*

Non adversis fractus, non elatior prosperis; semper idem  
ore, oculis, fronte, seu bella surgerent, seu pax sederet.

*Alberto temperanti*

Sine luxu mensa, per omnem vitam alieni tori nescius.  
Quo rarior in principe virtus hoc meruit, ut dici possit.  
Albertus castus.

*Alberto liberali*

Centena in annos singulos millia in templa et pau-  
peres erogata munificentiam testantur. Hac una omnium  
pectoribus aeternum rivet.

*Alberto sapienti*

Consilia omnibus ipse dare principibus, regibus, im-  
peratoribus; a nullo accipere.

*Alberto prudenti*

Nullum illius factum temerarium, omne prudens, ma-  
turum, serium, et diu cogitatum.

*Alberto victori*

Post inavigatum orbem, Lusitania et Oceano pira-  
tae pulsae: Calctum, Ardea, Hulstium, Ostenda capta,  
Silvaducis hostes pulsae.

*Alberto magnanimo*

Nec potentissimorum regum minis, nec armis cessit.  
Provocare unus in omnem partem fortunam poterat, et  
vincere.

*Alberto pio*

Supra reges et principes pius, religiosus componendus. O mil.



Hos Albertos Belgium sentiat! habetis pios.

Alberto Austriaco VIII

Singulis virtutibus Austriacam gentem illustrant Alberti singuli, I Triumphator, II Sapiens, III patrie parens, IV pateriens, V Honorificus, VI mitis audiat, VII Belgicus noster, unus omnium. Abi magnorum amula invidia: nihil gratiae et amoris, virtuti hic datum, et huic soli.

Pulchrum clarescere utroque

Pulcherrimum Seu arma raperent, seu pax vocaret; seu secunda extollet et vere lerent; seu adversa premerent; seu vires starent, seu morbi christianum opprimerent; seu regum favor, seu minae insurgerent, nec voluptati in utrumque paratus magnus Albertus noster: ab nescias cedere nec adversis an secundis clarior, pace an bello melior hoc certum dolori. (Duce notiore parte sui ereptum Ferris, caelo donatum. Ita pie lius.) novemus, pie credimus.

Hate lachryma. Magnae Elisabethae menti magnis insepultus jacet Albertus: ex hac imperare Belgio pergit.

Volysiponem contra Franciscum Dracum archipiratum et Antonium Stothum magna Anglorum manu Lusitaniam ingressos prudentissime, fortissime propugnavit, defendit cum urbe regnum universum regi suo servavit anno 1589.

Calatum portum, et Ardeam propugnaculum fortissimum Franciae expugnavit anno 1596.

Hulatum cum munitionibus omnibus circumjacentibus imperio regis Belgio subfecit anno 1596.

Donante Philippo Hispaniarum rege catholica Elisabetha Clara Eugenia filia uxore ducta imperium Burgundo Bel-

gium suscepit. anno 1599.

Ambianum astu bellico cepit anno 1597.

Potentissimis regibus et principibus Philippo II, Henrico IV, Jacobo VI, Carolo Emanuele sibi invicem conciliatis, Hispanis Gallis, Anglis, Belgis, Allobrogibus pacem restituit anno 1598 et 1603.

Sylvanducis carissimam Brabantie sponsam his ab hostibus Hollandis acerrima obsidione pressam liberavit anno 1601 et 1603.

Ostendam, non unam solam sed in una plures, plus minus centenis hominum millibus utrinque cesis, aut fide aliisque incommodis sublatis in potestatem suam redegit, anno 1604.

Oldenzelam, Lingenam, Wachtendoncam, Craciam una restate cepit 1605, Grollam, Renobergam subegit; illam obsidione repetitam, hoste fugato servavit anno 1606.

Aquasgrani Caesaris et imperii auctoritate ad obedientiam reducit. Majestatis Cesaree et imperii asserendi studio, duce Reoburgico Palatino - Bavaro restituto, Hesliam et plura alia per provincias Juliacenses oppida in protectionem suam suscepit, hostium multorum conatus elusit, reipublice consuluit anno 1614.

Bello haec et plura ubique victorioso: pace alia magna, mira pie, sancte, provide, prudenter, regie, fortiter omnia felicissime egit. Ecclesiae et reipublice Belgicae, religionis, justitiae, politicae, militariae instaurator et vindex maximi nomen principis et immortalitatem meruit. Tandem

curæ et gloriæ plenus cum Eugenio natus, renatus animam suam  
Redemptori suo obtulit die 13 Julii 1621.

In vestibulo templi S. Gudilæ legatur:

Viator, vite gradum, tibi hic præcluditur: quid non mo-  
ritura moriturus cogitas? Serenissimus præit Albertus, segue-  
mur magni hujus corporis umbræ minores. Vivere potes? mori  
debes. Quid incertis animum fatigas? Autiora prudens delige:  
quæ sceptra perennarunt? Hoc ipsum quod legis, vite  
pars magna est. Aeternum vis vivere? Vixit cui omnis  
hora ultima, omnis prima. Fuit hæc Austriaco Alberto  
nostro: quo factum, ut vite hujus momentum postre-  
mum felicitatis illi æternitatis esset primum. Emulare prin-  
cipis virtutem, quisquis æmulus laborum. Viator merorem  
pone: mentitur hæc pulla mortem. Albertus vivit moriturus  
ni mortuus esset; nunc ipsa morte vivit, imperatque æter-  
num illi, cujus æterna lege semel imperium subit.  
Felix morte sua, seipsum funerans, redire vis Belgicus  
Phœnis noster, non nisi post cineres victurus. Sicte lachrymas:  
pro morituro cadere solent. Non moritur qui celo con-  
ditur: omnium virtutum manibus, omnium votis celo  
reconditur Albertus noster. Imitare mores: iisdem præ-  
remis ferri in celum potes, et æternum ibi principe  
suo fieri, æternum patre. Hoc felicior, quo plus jam  
tibi in celo auxiliæ a veteri principe, novo patre.

Et ex R. D. Alberto Miræo.

Serenissimi Alberti Austriaci Belgarum principis ceno-  
saphium.

Serenissimo principi Alberto pio, sapienti, prudenti,

Austriæ archiduci; Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi,  
Luceburgi, Geldriæ Duci;

Flandriæ, Artesiæ, Burgundiæ, Flandriæ, Hollandiæ,  
Zelandiæ, Namurci, Zutphanie Comiti; sacri Romani  
imperii Marchioni; Fisiæ, Meckleniæ, Ulthajedi; Transira-  
landiæ, Groningæ, Salinarum, et aliarum ditionum Domino;

Neapoli in Austria 1559 Idibus Novembris patre Maxi-  
miliano II Cesare feliciter nato Madriti Carpetanorum,  
a teneris in aula et oculis amavuli Philippi II regis catholici  
sancte educato: qui primus Lusitaniæ pirorex ab eodem con-  
stitutus, regnum recens partum ac fluctuans sua prudentia  
firmavit; Ovisiponem regni metropolim adversus Anto-  
nium Rothum et Franciscum Dracum classis Anglicæ  
ductorem terra marique irruentes fortiter defendit;

Ernesto fratre e vivis sublato Belgicæ ac Burgundiæ  
primum gubernator, post princeps bono publico datus, Ca-  
letum, Ardream, Ambianum Gallis eripuit;

Hulstium, Ostendam, Wachtenduncam, Phenitercam,  
Yollam, Aldersaliam, Lingam Batavis ademit:

Pace cum Henrico IV Gallicæ, et Jacobo majoris Bri-  
tanniæ regibus inita et duodecennalibus induciis apud Bel-  
gas 40 annorum bello fractos fessosque pactis Jani portas  
clausit pacis quam armorum studiosior:

Rebus in Germania deinde turbatis Matthiæ fratri  
et Ferdinando patrueli ex ordine Cesaribus validis cum  
exercitibus suppetias tulit;

Eorundem nomine Aquasgrani, Veroliam, Duram, Lu-  
satum, Lippiam, Crucesum, Cypenheimium, Crarbacum

aliaque ad Rhenum ac Mosellam oppida subegit;

Perduelles unionis pseudo-evangelicæ principes fegit, et ad obsequium compulit; publicam Ecclesiæ, imperii, suæque gentis salutem stabilivit.

Quod sera posteritas vix credet, imperii Romani coronam a septem viris his delatam respuit; regna Hungariæ, Bohemiæ, Salmatiæ, Croatiae, Slavoniæ, Rosniæ, Serviæ, Galitiæ, Vladomiriæ, Cumanie et Bulgariæ

Archiducatum Austriæ, Ducatum Silesiæ, Marchionatus Moraviæ, Lusatiæ et Burgoniæ, Comitatus Habsburgi, Tirolis, Tyrolis et Kiburgi

Principatum Luceniæ, Landgraviatum Alsatiæ, Marchiam Cergestiniam, Portum Namis et alia dominia hereditario jure ad se devoluta eidem patrueli suo Ferdinando II Imperatori raro et inaudito hactenus exemplo donatione inter vivos cessit ac consignavit.

Acerbissimis chiriagæ ac podagriæ doloribus, quos fortissime nunquam querulus tulit, demum exhaustus Bruxellæ pridie Idus Julias anni 1621 piissime et animo quam maxime tranquillo obdormivit.

Provinciae Belgicæ ob religionem, pietatem, pudicitiam, fortitudinem, constantiam, justitiam, prudentiam, aliaque virtutes vere regias, quibus toto vitæ decursu clarissimus, hostibus etiam gratus existit, in pietatissimum patriæ parentem affectus testandi causa P. P.

Hoc cenotaphium inseruit, ni fallor, curvi Triumphanti; et simile est illi quod secundo homo posuimus de Carolo V Regum olim funebrem romani status aulæis, velis, orna-

mentisque decorarunt, de cuius forma, ritu et pompa fere tractat Herodianus lib. 4 ubi de Severi imperatoris funere agit et dio in vita ejusdem Severi.

Ad hanc formam sed sanctiore ritu principi nostro tumulus positus fuit, quam capellam ardentem vocant.

\* Rec ita mi ex qua (finita missa que post meridiem in S. Gudula cum missa cantata fuit ab archiepiscopo Beckliniensi) sublatum feretrum fuit conue. cubicularii principis in choro V. Sacramenti miraculose sub tecto in quadrag. celo ibidem erecto steterunt, descendentes in monumentum ut hora nona ante altare albo lapide structum comitante archiepiscopo hoc est nostro et clero super craticula ferrea illud deposuerunt. His tam more hora 3<sup>te</sup> dem hora septima vespertina peractis diocessum est. Et post meridiem quasi celum dolorem suum testaretur lacrymas (quas inciperent fieri perpetuo octiduo fusas die illa ut pompa duceretur conmine, et post dimiserat) iterum continuare occupit.

missas officium 20 Martii dominica palmarum omnium suffragio vespertinum ac receptus est ad osculum Magister Joannes Popenoy deinde soberetur G. Theol. baccalaureus currens ex suburbio Brucellensi pro jejuniis. pinguo et absente P. Priore vestitus et incollatus fuit 23 Aprilis a P. Vicario et Conventu.

25 die Gene post prandium profectus est ad Cartusiam V. P. Prior cum fratre Ludovico Converso. Post mortem P. Leonis nullus Prior eo se contulit preter P. Emnechorium qui erat Visitator, et ipse non laicos nostros sed seculares secum ducebat.

Circa hoc tempus obiit Gorcanmii in Hollandia honesta puella catharina Bierhout soror confratri nostri D. Nicolai, cui ipsa legavit vestes et quecumque lucrata fuerat opere ma-

nuali, recepimus circiter 60 florenos.

In absentia P. Prioris, ejus cella ex integro quantum ad interiora restaurata fuit, et in melius commutata, museum a fundamentis ~~constructum~~, et cancellis ferreis munitum, ne fures (sicut alias fecerant) introire quoquomodo possent, et post reditum ipsius novus Procurator subsequentem et contiguam cellam accepit, qui similiter omnes fenestras ferramentis munivit, et retro ostium fieri curavit, per quod rustici eum accedere possent sine inquietudine religiosorum.

Ill<sup>us</sup> et R<sup>omus</sup> Nuntius apostolicus D. Joannes Franciscus archiepiscopus Petraccensis ex Comitibus Guidiis a Balneo ex Flaminia nunc S. R. E. Cardinalis cepit hanc domum solito frequentius adire et Missis privatis interesse fere semel in hebdomada, quin etiam vitam Cardinalis Albergati; martirium Anglorum et Dorlandum lectitare dignatus est. Hic Nuntius ad archiducem Albertum a Summo Pontifice missus fuerat, sed nisi post mortem ipsius Bruxellas pervenit. Degebat antea Avinione, ibi nomine Pontificis subdelegatus preerat, iter igitur faciens in Belgium per Gallias spoliis pretiosissimæ suppellectilis perpressus est ab hæreticis, ni fallor, sed nomen gentis et simul regionis violatum est. Rex igitur ut dedecus amoliretur damnumque illatum resarciret viginti aureorum millia numeranda decrevit. Pulchrum et memorandum exemplum, nisi intra verba hæcenus promissum staret. Ad ipsum etiam Reverendus noster Generalis epistolas dedit notitia contracta ex benevolentia nostris Avinione exhibita. Hunc quoque prelatum egregio elogio exornat. Fred. de Marselaer in

suo Legato lib. 2, dis. 2<sup>a</sup>. Fortissimum, inquit, precepti genus est,  
 praeire: et vin facit, qui docet et una ducit iuxta illud:  
Verba movent, exempla trahunt. Christus ipse (eccujus  
 auctoritas sanctorum viro apostolico?) cepit facere et docere.  
 Nuntii Pontificii illustre exemplum munere exprimit Ill<sup>mus</sup>  
 et Ro<sup>mus</sup> Jo. Franciscus ex Comitibus Guidis a Balneo, qui  
 gratissima Belgium (dum haec scribo) legatione ornat et  
 jurat. Cujus vita, vivendi forma et exemplar, mores, virtu-  
 tum regula, omnis decoris insignia sunt. Fidens dico, nec  
 est quod assentari velim (nolo, nescio, non debeo) Roma  
 non alios legat, elige. Erit quod serant sales, tu metas,  
 Ecclesiae militantis magno bono, triumphantis ingenti júbilo.

17 Maii obiit Bruxellis ex recidivo morbo Excell<sup>mus</sup>  
 Marchio de Roubaix D. Florentius de Ligne, pro quo  
 habuimus aliquot Missas legere.

D. Hubertus Faconpret ex domo Capella remissus  
 est ad domum suae professionis Buscoducam qui Aethi-  
 ethica laborabat, et veniens Lyram fatigatus et exagitatus  
 curru et labore itineris videbatur animam agere, et  
 halem accepimus scedulam a D. Correo, quod fuis-  
 set hic iterato hospes.

D. Hubertus professus domus S. Pophie in Cartusia  
 Lyrana extremo S. Unctionis delibatus Sacramento x. VV.  
 P.P. Cartusiae Bruxellensis et bonis fratribus laicis omnium  
 praeteritarum offensionum veniam precatur; omnibus  
 vicissim debitoribus suis indulgens, si cui eorum consuen-  
 tia scrupulam fecerit: nam multa debens neminem debi-



horum agnoscit. Simul et iter in caelum difficile atque arduum ingressus orationum ab omnibus comitatum precario efflagitat.

Capitulum generale celebratum in majore Cartusia 25 Aprilis et sequentibus.

Obierunt: D. Hector Keen professor et Prior domus Trevirensis Visitator provincie Rheni alias Prior domus Durbela qui ultra 59 annos laudabiliter vixit in Ordine, diem clausit extremum 20 Februarii. Hic oriundus erat ex oppido P. Viti ducatus Luxemburgensis, et apud omnes semper bene auditus eratque in negotiis Ordinis practicus et exercitatus, habuitque curam provincie Saxonie, et ad domos restantes ibidem personas submittebat. Clarissimo Domino Theodorico Piesporadio Ser<sup>mo</sup> principibus Belgarum a secretis cui stemma familie Austriacae ediderat, atque ei exemplar miserat, parvulo tractatu (quem penes me habeo) ei respondit atque opus laudavit.

D. Matthaeus Hervain professor domus monachorum Gosnay alias Prior ejusdem et S. Audomari obiisse pariter scribitur in carta, quem D. d'Outclair Prior noster plurimum laudavit, quod primum fervorem usque in finem vitae servaverit suis precibus pluribus secularibus opitulatus sit, eratque zelosus forte nimis, nam infirmitatem humanæ naturæ et ipse expertus dicitur, precinctoria famulorum, quamvis reniterentur, accipiebat et lavabat, et alia humilitatis et fervoris exercitia obibat, facie quoque prodibat se spiritu fervere.

D. Michael Jensema professor domus Lovanii die 5 Septembris anno 1571 et anno 1581 factus est ibidem sacrista, et anno 1590 Procurator. Anno vero 1595 per Capitulum generale institutus

fuit in Priorem domus S. Sophie Buscoduci, deinde anno 1598 factus est Prior Lovaniensis et sequenti anno 1599 translatus fuit ad Prioratum Leodiensem, quem stabiliter tenuit novem circiter annis, quo tempore, fere non nisi Flandras recepit ad Ordinem. Anno autem 1608 iterum ad Prioratum Buscoducensem auctoritate Capituli generalis remissus fuit, sed sequenti anno 1609 circa Septembrem absolutus fuit in actu Visitationis per V. P. Petrum Serval Commissarium ad perlustrandam totam hanc provinciam designatum, et nihilominus a Prioratu absolutus ibidem remansit usque ad annum 1611 quo Lovanium seu domum professionis repetit. Anno 1617 jam decrepitis rursum electus fuit in Priorem domus Capelle, ubi postquam præfuit 3 annis et aliquot mensibus anno 1621 absolutus fuit paulo ante Quadragesimam seu circa 16 Februarii. Deinde reversus Lovanium ibidem hoc anno 1625 obiit die 9 Martii. Habuit per charitatem Capituli Missam de Domina. Fuit vir contemplationi valde deditus et vite exemplaris. Vidi rudes aliquas meditationes de Passione D. N. quas ipse componerat.

Vixit in Ordine ultra 50 annos sicut et D. Johannes Mestrier professor domus Fontis B. Marie, Prior domorum Pomerii, Repausatorii, Parise-ville, Coloze et Vicarius domus Melani.

D. Guédisalmus Diosdado professor et alias Pector domus de Pericio.

B. Jacobus professor domus Hollandie hospes in domo Gyra qui ipse ultra 55 annos laudabiliter vixit in Ordine.

D. Joannes Lelel professor *Fontis B. Mariae* et hic sextus jubilarius in carta hac, septimus D. Joannes d'Aranda professor domus *Granate*, octavus D. Jacobus Salva professor domus *Majoricarum*.

D. Stephanus Vincent professor antiquior domus *S. Crucis* in qua stabiliter et laudabiliter vixit per 43 annos.

Obierunt monachi 54, Conversi 19, Donati 15, Monialis una, Soror Joanna Croch jubilaria.

Seculares

*Ill<sup>mus</sup>* princeps D. Ludovicus Cardinalis Gurgisius, archiepiscopus et Dux Remensis, primus par Francie, Abbas Cluniacensis.

R. S. Melchior Herpel Vicarius metropolitanus Maguntiae benefactor Cartusiae ibidem.

V. D. Georgius Curgot sacerdos benefactor Cartusiae Ruthemae.

*Ser<sup>mus</sup>* princeps ac S. D. Ragnutius Farnesius Dux Parmae et Placentiae obiit 6 Martii.

Julius Canessius benefactor Cartusiae Bononiensis.

*Ill<sup>ma</sup>* Domina S. D. Beatrix Comitissa Dentremont et Montebel benefactor domus Portarum.

Honorabilis mulier Diana Goria magna benefactor domus Vedanzae obiit 24 Martii.

Primum hoc anno injuncta est Missa de B. Maria pro Illustri et Magnifico D. Domino Joanne Le. Vasseur cive inclite civitatis Insularum, Domino de la Boudellerie fundatore amplissimo nave Cartusiae de doloribus B. Mariae nuncupate.

*Ex* ordinatione provincie

D. Franciscum Schotte professum domus Lovanii a conventualibus domus Capelle in Priorem legitime electum confer-

manus. Pro secunda vice, quia forte erant qui de electione conquerebantur.

Priori Lyre non fit misericordia. Et D. Petrum (Lamberti) professum domus Lovanii ibidem a Patribus Commissariis in Procuratorem institutum confirmamus. Is ante sequiamum absolutus fuerat cum Priore Capella et officio Procuratoris.

D. Joannes d'Antinus Vicarius domus Lyre S. Martini eat ad domum Bruzelle futurus secundo hic hospes. Quod P. Priorem latebat, bonus tamen est religiosus.

D. Laurentium S'heerjans professum domus Lovanii et Procuratorem domus Gandavi a conventualibus super annum in Priorem domus Sicutensis electum confirmamus.

Priori domus Leodii non fit misericordia, et D. Dionysius ibidem sacrista eat ad domum Lovanii, et D. Nicolaus Lot exerceat idem officium sacriste.

Priori domus Bruzelle non fit misericordia, et D. Regidius de Plitterswyck eat ad domum Lyre et ibi exerceat officium Vicarii.

Priori domus S. Sophie non fit misericordia, et D. Gerardum professum domus Bruzelle a P.P. Commissariis super annum in Vicarium institutum confirmamus.

Priori domus Lovanii non fit misericordia. Et D. Anoldum professum domus Lyre a P.P. Commissariis super annum in Vicarium institutum confirmamus, quamvis voluissent conventuales obistere, quod secundum Statuta Ordinis professi in officia assumendi, sed aliis domibus volunt

dare et non accipere: et supereminet auctoritas Capituli generalis.

### Ordinationes

Vicarius potest. Pro elucidatione § 7, cap. 18, 2<sup>a</sup> parte Statutorum declaramus Vicarium celebrare Missam posse celebrare Missam in professione Novitii, in presentia Prioris in profes. Novitii celebrare non valentis.

Priore presente. Post hanc Visitationem D. Prior noster Lovanium vocatus fuit ut cantaret Missam in professione Novitii presente proprio Priore cujus nomen, non autem celebrantis, in professionis formula adscriptum fuit.

Ordinationem anni preteriti quae incipit cum magno animi dolore confirmamus. Mandamus omnibus P.P. Prioribus ut intra Trimestre transmittant Cartusiam nomina, cognomina, patriam, annos aetatis et professionis omnium suorum religiosorum Conversorum et Donatorum.

Haec ordinatio profluxit ex decreto Romanae Curiae, imo exigebatur ut boni et discoli discernerentur sed hoc deprecatum fuit a Patribus ne personae Ordinis infamarentur, et qui hodie malus est cras bonus esse potest.

Status Capituli generalis ex relatione Patrum Auditorum Computorum talis est: Capitulum generale deductis receptis hoc anno de bonis ejusdem Capituli remanet debens Cartusiae summam mille nongentorum sexaginta scutorum et quinque solidorum. Et statu Capituli generalis provincia Leuthoniae remanet debens Cartusiae 44 scuta.

Vicarii hujus 23 Maii P. Prior noster reversus est ex Cartusia saluus pro. fore om. et incolumis. Notari hoc tempore quinque ex officio Promones hoc tem. curatoris promoti. fuisse ad officium Vicarii (quamvis non posse fuere mutati; sors cecidit super illos.

statim immediate, scilicet Prusellæ, Lovanii, Mechliniæ, Dierhemii, Sylvæ S. Martini, in Capella vero ex Pine, et Sgl. rediit D. Gerardus ex confessorio Monialium.

6 Maii ad Wimpinam Cesariani ducibus Lillio et Cordubensi insignem victoriam singulari Dei gratia contra Marchionem Durlacensem et Palatinos obtinuerunt et inter alias duas majores machinas ferreas, quæ pilas sexaginta librarum emittebant: sex nova tormenta aenea anno 1614 fusa et Marchionis Durlacensis insignibus ornata: triginta mediocria et minora aenea tormenta: quinquaginta parva mortaria aenea: ingens mortarium quale vis a veteranis et diu in bello versatis militibus visum fuerat: duo alia nova mortaria aenea: quinquaginta currus pulvere nitrato, funiculis, instrumentis bellicis, et alio apparatu militari onustos: quadringentos alios, quibus omnis generis sarcinae impositæ erant, magnam panis, farinae, salis, vini pecudum et omnis generis annonæ copiam: duos currus in quibus ducenta viginti quinque millia ducatorum, quorum pleraque ab archiduce Leopoldo cusa erant, et aliqua regia moneta, quam nova unio contulerat, cum aliquot millibus florenorum quæ omnia militibus præstare cesserunt. Denique septem vexillis peditum, et decem equitum cum vexillo Marchionis prætorio potiti sunt, quæ Vennam miserunt.

Neque hoc parum animi Cesarianis addidit quod paulo ante durante conflictu in Durlacensium castris a quinque curribus pulvere nitrato onustis quos forte tormentum

displorum attigerat et incenderat multum damni datum, et plurimi homines cum equis, curulis et varia suppellectile horrendum in modum discepti et in aera rotati fuerant.

Pro qua victoria ex mandato Ser<sup>mie</sup> Infantis in solemnitate Pentecostes post Vesperas cantavimus canticum Te Deum laudamus.

Sed Brabantinis nostris letitia cito versa est in luctum, nam Henricus Nassovius cum toto suo equitatu et aliquot millibus peditum octo secum ducens tormenta Trajecto fluvio Demera hostilem in Prabantiam impressionem fecit, et uno ab urbe Bruxellarum milliari excurrit elegantes pagos et vicos incendit, a Duce Parschotano (seu a ditione sua) ingentem pecunie summam extorsit, et cum ampla praeda Bredam repetiit, unde paulo post cum 250 captivis inter quos duo Abbates fuerunt Hagam Comitis reversus est.

Nullus erat in hac civitate tumultus, cursus aut recursus per plateas, sed quiete ibant homines ex manibus vel eminentioribus turribus fumum incendii spectare, paucique milites venerunt in custodiam civitatis. Rustici et cives offerrebant ut essent contra inimicos. Sed non fuit permissum, nescio quomodo non etiam plura ausi sint. Et Flandria aliquot cohortes militum evocate fuerunt.

Tabella exardescere irruptione hostium visa est, qui Bruxellam usque excurrentes ferro et igni grassati sunt, audaciores impetu, quia ad manum miles noster non erat. Quid intolerabilius! In ipso provincia mediterraneo flamma hostilis seviebat, alibi tristis sibi non casa tantum aut tuguria, sed palatia conflagrabant, alibi impia, ubi sacra aedes et templa. Spectavit incendium plus quam sacrilegium princeps mestissima et oculos quadam quasi doloris nube graves in caelum tollens ingemuit. Hic rursus luctus erat, tanque piis putares lacrymnis ipsas quoque favillas extinguere. Puteanus.

D. Judocus Ghinder<sup>2</sup>thalen erat iturus Lovanium, ut fieret sacerdos, ubi archiepiscopus dabat Ordines, fueratque hospes et comederat cum hospitibus. Sed tamen non potuit ire quod inimici iter occuparent debuitque domi remanere.

Circa hoc tempus Sultanus Osmanus Turcarum imperator a Pictorianis in carcere strangulatus fuit, et Mustapham Sultani patrualem imperatorem creaverunt.

7. P. Prior post regressum suum ex Cartusia in primo Capitulo certas ob causas ut aiebat, duobus tantum scilicet, Patri Joanni l'Apostole et D. Nicolao Inismann injunxit ut sermones haberent ad laicos et D. Nicolao Dierhoub ut post prandium nescio quoties in mense catechizaret eosdem, sed statim post horam matutinam servavit cum aliis qui cito fatigati fuerunt de munere sibi injuncto.

Hactenus autem tam in hac domo quam in ceteris domibus provincie fere omnes etiam P. Prior per Ordinem vices suas servabant, sed hic Prior professus in altera provincia non fuerat assuefactus ad tale exercitium, quod tamen religioso plurimum prodest; neque enim solitaria religiosorum vita ad propriam solummodo salutem est instituta, sed ad aliorum procurandam, nunc orando, nunc psallendo, nunc scribendo, nunc predicando pro diverso cujusque talento.

Atque ea est perfecta contemplatio, quae in hujusmodi actiones dimanat sed quomodo predicabunt nisi mittantur? sed dices

Osmanus Turcarum imperator strangulatur mense Maio 1622 a seditionis janissariis

Osmano imberbes laqueo quae finit annos

Supera Turcarum seditionis cohors

An sorti tribuam? Cariam meditatur abire

Militie neglecto, qui dedit exitium.



monachi officium esse non docere sed legere. S. Bernardus in Cant. serm. 63  
 loquitur de officio monachi per se: nam monachus ut monachus non  
 tenetur publicis concionibus incumbere sed solitudini et meditationi  
 vacare, ut ipse ait epistola 42 labor et latebra et voluntaria pau-  
 pertas hæc sunt monachorum insignia, hæc vitam solent nobi-  
 litate monasticam. Si tamen a superioribus ad simile munus ele-  
 ctus prædicationi se dederit optime professioni monastica satisfacit,  
 sicut ipse fecit et docuit ser. 36 in Cant. Et certe Superiores præ  
 ceteris omnibus exercitiis lectionem Scripturarum commendare de-  
 berent, nam etiamsi studium illud nihil conferret Ordini,  
 quam utilem occupationem monachorum, esset nihilominus ma-  
 xima reuerentia a nobis promovendum: quia nisi mens homi-  
nis claustralis aliquo exercitio occupetur delectabili, in multas  
et varias miseras delabitur, inquit Erithemius. Et fere virtutes  
 comitantur studia, ut quem serio totisque animis videris illis  
 incumbentem, pari prope generositate virtutibus insudantem  
 reperies: illud enim inter omnes verissimum convenit. mutuo necesse  
 hæc duo religionis bona sic esse colligata ut ubi acre studium divi-  
 narum litterarum animi puritate et ardore pietatis riget, istic  
 ad penetralia sapientia et adyta Sanctorum non sit difficile  
 pervenire. Quod fratres laici, quamvis boni, indigeant sæpè  
 prædicatione, hac comparatione docetur: ut enim scintille  
 sparse per fomitem licet obscure raroque micantes leni tamen  
 flatu adjute sese explicant et mox in flammam erumpunt:  
 sic que in animis nostris latent sopita non raro virtutum bono-  
 rumque semina, prædicatione vitæque præceptis excitantur et  
 ceu subdita face conflaquant, Erigitur virtus, inquit ille, cum  
 facta est et impulsæ.

juvenes maxime excitandi sunt, ut sint ad omne bonum opus instructi: et juxta verbum Magistri Rostardus <sup>nostri</sup> ~~nostrae~~: nisi congregaveris in juventute, in senectute egebis vel, Qui in juventute non congregat, qui ea in senectute inveniet? In Summa accidite Doctorem Ordinis nostri professum D. Joannem de Indagine de exercitiis Ordinis nostri lib. 1, cap. X, Crescit irreligiositas ex defectu doctrinae quando praelatus temporalibus nimium intendit et spiritualia negligit nec facit exhortationes contra vitia, hinc crescit morbus vitiorum qui per ignita eloquia destruitur.

Psal. 118. Ignitum namque eloquium Domini vehementer, et sermo Dei diligit illud et istud eloquium Dei accendit corda tepida, comburit malas concupiscentias, et ad spirituales fervorem mentem excitat. Unde in Cantico Cant. Sponsa dicit:

Cant. 5. Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est, liquefit namque anima et recedit a voluntate obstinata, pertinaci, dura et resolvitur per ignitum Dei sermonem, et fluit sicut cera a facie ignis.

Tempore excursionis Hollandorum in Prabantiam et vicina loca oppidi Brussellensis curaverat pastor Lachensis deferri imaginem Ahaumatargam ad Beggingium intra urbem, ibi quoque habuit suum refugium virgo inclusa dicti loci <sup>Ger<sup>ma</sup></sup> Infans B. Virginem pedes invisit et coluit novem diebus. Et postquam inimici recesserant, et rebus in tuto positis, indicta supplicatione et processione, cum omnibus Begginis praedictam imaginem curavit referri in sedem pristinam Lachensem quam pone sequelatur, simul inclusam reduxit atque ibidem in suburbio Lachensi prandium sumpsit cum amicis suis, Begginis quoque fuisse ministrari quam solem.

nitatem S. Gerardus eleganter alicubi descripsit, et ex mea narratione non splendorum sed lucem accipiet ad perfectam historicæ intelligentiam: sic scribit:

Apud Ezechielem rota erat in rota, quæ spiritu divino circumacta volutabatur super terram in modum fulguris coruscantis. Si curiam Bruxellensem in ecclesia Lachensi collectam rotam in medio rote interpretari voluero, saporem abundantam fortassis divinorum eloquiorum. Per accommodationem tamen dicere licet, vere salem fuisse non ita pridem, cum hæc collecta germanitas Pegginarum jussu Ser<sup>mæ</sup> principis instructis ordinibus ipsa Celsitudine Sua pone subsequente proficisci capit ex urbe ad dive Virginis Lachensis suburbanæ sacrata limina. Quantus splendor illius diei! cum utraque S. Peggæ curia laicalis videlicet Sux Celsitudinis cum gymnæo heroidum et amplissimo nobilium comitatu in curribus et in equis, ferventibus rotis incederet, via regia, quæ ducit Lachas: alia quoque minori quidem pollens aut potens apparatu virginum curia sed numero et merito non inferior illa, plateas et compita longissima serie replet. Si Chalestrim aliquam trecentis comitatam Amazonibus ad regiam Alexandri proficiscentem vidisses pompam fortasse laudasses non pietatem: hic vero

Et pompa et pietas, discordes tempore longo  
Virginis in templo federa pacis habent.

Addo quod hic quadringente cum ea certe trecentis tantum Amazones fuere. Ibant igitur in modum fulguris coruscantis ad eadem illam sacratissimæ Virginis Matris, in qua Christus ipse Dei filius pontificio habitu visus est diversari et locum initiari: de quo vero dixeris illud Eccles. 34, Protector potentie firmamen-

sum virtutis; Regimen ardoris, umbra culam meridiani deprecatio  
 offensionis, adiutorium casus, exaltans animam, et illuminans oculos,  
 dans sanitatem, et vitam et benedictionem et omnia. Quod  
 non injuria de loco illo dicerem, in cujus amorem et visitatio-  
 nem adeo incensa est non solum principum curia, sed civitas  
 sola, ut spes omnium in hoc uno cardine loci, velut rota  
 in rota vertique volvique videatur.

Ubi igitur ad hanc sedem dignissimam ventum est cessit  
 factus omnis, ubi laudantium et orantium incaluit affectus, sociari  
 choris Sua Celsitudo non exultat, sed Phœnaces aula omnibus  
 adesse jussis, odas sacras et cantica ad divina canere præcepit.  
 Quis hunc Deus bone! calor omnium animis insedit maxime  
 cum sol innocentissimaram virginum in unam collectam  
 corda et ora coalescerent, et quod alii vocibus, ipsæ lachrymis  
 et devotissimo rogatu ferventer urgerent. Dabat adjumenta pie-  
 tatis recenter acceptæ cladis ab hoste vastante Brabantiam me-  
 moria. Sed et ipsa S. C. placatura numen non solis vocibus  
 et votis, sed donariis, quæ manibus ipsa suis concimarat,  
 Divam ambiebat. Hæc statuam illam Divæ sacram auro  
 et lapide pretioso cinxit undique divinasque illi accumula-  
 vit honores. Nil post hominum memoriam vidit locus ille  
 gratius aut magnificentius: nec enim phrygionum manus aut  
 questuarius opus erat quod dicebatur magnæ Mæti. Sed  
 manus illa, qua provinciarum thesauri imperturbabile est  
 firmamentum, cui reges et Cæsares libant, oscula, sexerat hoc  
 opus.

Postquam igitur diem duxit in meridiem chorus ille san-  
 ctarum siderum qui illustrabat totum templum: tempus admo-

nuit ut ducerentur omnes ad Arichorum. Jussu sunt discumbere Beg-  
ginæ quadringente præter cantores et domesticos aule, quos omnes regia  
magnificèta recreavit epulo. Hæc solet esse natura magnanimo-  
rum, ut largo copie cornu profundat res, multiplicet libertatem,  
mensasque coronet, ut pietas accubet: sic et hic Lux Cels. explicuit  
liberalitas.

Mensis sublatis rursus ad oedum itum est, ubi Santa con-  
fessione vocum, tam crebris orationum vicibus tam firma et  
pressa de divæ Virginis laudibus cogitatione certatum est ab omnibus  
ut ante eos lux et dies quam vox destituerit. Itaque maximis om-  
nium gaudiis et gratulationibus Phonassi in nablis et organis;  
virgines autem in cymbalis benesonantibus in hymnis et ora-  
tionibus diem duxerunt in vesperum. Non fuit lætior in illo  
suburbano dies quam dum hi duo P. Beggæ populi in uno  
sacro virginæi Templi collisi sunt utero, et abyssum invo-  
cavit in voce cataractarum suarum. In illa die manda-  
vit Dominus misericordiam suam, et nocte jam appetente  
canticum novum. Tunc enim renovatis repetitisque can-  
ticis receptui cantatum est. Nec ad domuitionem accingere  
se prius potuerunt, quam pro salute et sospitate Ser<sup>mæ</sup>  
principis nota calentia rursus ad loci præsidem Divam  
emiserunt: quod ex abundantia pietatis prestitum est, ab  
eis. Non temere sane piensissima princeps in prece pauperis  
spem reponerat; quod de B. Virgine Deipara quoque  
D. Ambrosius ait. Noverat enim a Juditha pronuntiatum:  
Humilium et mansuetorum sibi semper placuit deprecæ-  
tio. Et ab Hieronymo: Illa virginitas hostia Christi est, cujus  
nec mentem cogitatio, nec carnem libido commaculat.

In principio anni Christianus dux Brunsvicensis (alias dictus insanus episcopus Hallerstatensis) totum fere episcopatum Paderbonensem cum ipsa metropoli in suam potestatem redegit, yudeos praeda exposuit, ecclesiasticos pecunia multavit, in templo cathedrali magnam vim argenti et numorum veterum reperit, illiusque episcopatus patronum Liborium ex aptimo auro conflatum, quem 80 pondo fuisse memorant, rapuit: eumque amplexus salutavit, et quod tanto tempore se exspectasset gratias egit. Hanc ipsius insolentiam ut comproceret archiepiscopus et elector Coloniensis Comitem Anhaltinum evocavit. Quoniam vero dux Brunsvicensis intellexit Comitem Palatinum in Palatinatum redire eo quoque ducere constituit: sed primo irruit in monasteriensem episcopatum et postquam ordines istius provincie decem salerorum milia numerassent iter in Palatinatum retro flexit in Fuldensi et Effeldensi territorio rapinis et incendio grassatus in Palatinatum venit et Hachstam cepit, contra quem duces exercitus Cesarei castra moverunt. Et primum milites duce Anhaltino honoris et praeda avidi tanto impetu hostem (qui in munimento quodam ad fluvium excitato se collocaverat) ut eum ex suis fossis et munimentis expulerint, et Hachstam usque persecuti sint. Dux Christianus conspecta morum fuga cum quibusdam equitum turmis magna celeritate per pontem eo die stratum ex pugna et periculo evasit et Manheimiam confusis ordinibus petiit.

Cum autem alii duces praefecti et gregarii milites eum sequi et magno impetu partim per angustum pontem transire partim per Manum transire et fuga sibi consulere

conarentur, plusquam quingenti, et inter eos quidam Comes Stirumensis et aliquot prefecti submersi fuerunt. Qui ex tam periculoso balneo evaserunt magna confusione intempesta nocte in Geravense scribitorium et quocumque potuerunt aufugerunt, et ducis sui vestigia secuti sunt: quidam Francofurti prologium habuerunt.

Hoc modo Halberstatenses Hachstam hora nona sub noctem deseruerunt quam Cesariani recuperarunt, multis hostium partim occisis partim captis et opulenta <sup>en</sup> praeda uno formento quadringentis curribus et tribus recillis potiti sunt. In hoc dimidii diei conflictu ex Halberstatensibus bis mille, ex Cesarianis non multo plures quam triginta ceciderunt exceptis iis, qui a pulvere sulphureo, quem fugitivi Halberstatenses tunc inde sparserunt, ac postea incendunt, tristi spectaculo in aera rotati fuerunt. Reliqui Halberstatenses equites et pedites, equis a tergo relictis et abjectis armis huc illuc se proripuerunt, ita ut in huiusmodi Halberstatensis confusa et precipiti fuga, quibus mille viri instrui potuissent vel inuitus restitissent cum magna pecunie summa, quam Halberstatenses hominem facit spoliis secum asportare non potuerunt, et quinquaginta curribus Liborii. in oppido relictis reperta fuerint.

Sequenti nocte cruenta pugna inter Croatas et fugitivos Halberstatenses commissa fuit, illis in hoc diversis locis ubi eos assequi potuerunt. impetum facientibus quos partim coniderunt, partim in Moenum precipites egerunt ubi Miserere, De profundis cecinerunt et aquis absorpti fuerunt.

Pro tanta victoria (que circa 9 Junii contigit) ex mandato archiepiscopi Mechlyniensis Missam conventualem in festo S. Petri et Pauli cantavimus Te Deum laudamus pro gratiarum actione, et hanc epistolam recepimus.

Misericordissimus Deus exercitui catholico insignem victoriam largitus est, nam junctis viribus Mons<sup>r</sup> Cilly cum Duce Anhaltino, et Don Gonzales cum Verdugo 10 Junii circa horam primam pomeridianam juxta Hachste tam intrepide et generose Halberstatenses aggressi sunt ut omnem pediatum partem mano submerserunt partim gladio interemerint. Equitatus similiter perit, qui cum esset 80 insignium cohortium ad octo fere milliaucidati tamen omnes sunt, praeter eos qui Maenum trajecerunt, et putantur tantum esse decem cohortes, nam licet hostis tumultuarie pontem ex longis trabibus super Maenum straxisset, fractus tamen hic fuit partim formentis impetus partim multitudine et pondere fugientium depressus, omnia formenta quae tantum facere quatuor omnes curus ad nongentos inter quos quinque onusti pecunia aliaque impedimenta intercepta sunt. Comes de Syrum famosus ille et nobili praedo grandi formento sublatus est. Maenus abundat hominum equorumque cadaveribus ubi a nautis questuosa modo exercetur piscatio. Hispanus miles adhuc moratur in Hachste ubi omnia plena sunt cadaveribus, plateae, domus, penuria cubicula et lecti, ibique pons aptatur ut reliquias hujus exercitus insequi et Mansfeldium adorari possent. Caesareanus miles iterum remeat ad plateam montosam ut vocant. Berchtrach ut junctis viribus debeant reliquias calvinisticas. Hispani et Moguntinenses apertam hostilitatem exercent contra Landgravium Hassiae cujus terra ob clam missa Halberstatensi subsidia praeda data est, et ferro et igne sine misericordia devastatur (de qua re non lego apud historicum nostrum) dicuntur etiam non impune laturi Francofurtenses qui hacten-



commestis alisque munitionibus fidelissime adjuvantes Caesarianos penitus neglexerunt. Nocturno 22 Junii.

Hæc ad longum volui scribere ut ostenderem Halberstatensem non impium sacrilegium spoliati liborii Paderbornensis et alias rapinas perpetrasse quin et ejus milites ad tantam insaniam devenerant ut sibi mutuo ad sanitatem diaboli propinarent. Halberstatensis igitur non victor sed victus ad Comitem Palatinum pervenit, qui illum arguens quod statuto die non comparuisset, stultum eum vocavit sed ille argute respondit, Domine cognate, ita sum stultus sicuti tu es rex Bohemice. Palatinus in principio ætatis et successus prosperos Mansfeldii spe recuperandi terram suam ex Hollandia dissimulato habitu redierat in Palatinatum, verum post hanc victoriam inde rursus eripuit et Sedanum se contulit ad amicum suum Ducem Rollorii. Mansfeldius pro more suo retrocessit versus Argentinam terras circumquaque devastans.

Ad nos redeo circa hoc tempus facta est reparatio aliqua in molendino nostro quod vivariis nostris inheret: sed non satis solide, sicuti postea fecit D. Pipenpof Procurator anno 1631.

22 Julii omnium consensu receptus est ad oculum D. Henricus Oudenhagen juvenis Bruxellensis 17 circiter annorum, qui curavit statim cubiculum suum superne et inferne (quod est proximum ecclesie in edificio Patris Leonis inferius) cum bono omine majoris liberalitatis et cucullam induit 7 Augusti simul etiam religiosos mores, magnus certe erat ejus fervor erga religionem et affectus quem factis etiam satis in professione ostendit.

Cum interrogassem illum quomodo devotione factus fuisset

erga nostrum Ordinem, causam mihi retulit. levem quidem et plerisque forte ridiculam sed tamen (meo iudicio) edificatione non carentem. Cum, inquit, puer una cum fratre sacristam D. Joannem Bittersvich visitarem, dedit mihi parvas bestias, quas predicatorum vocant, ob quas et ob dulcedinem caritatis ipsius fui valde letus, et exinde bonum effectum gessi erga nostrum Ordinem, numquid (mihi lector) vel ex eo eventu bestiole illae predicatorum dicende erunt, quae huic juveni tam pulchre conversationem Cartusianae vitae praedicant.

Magna gratiae commendatio, inquit, S. Augustinus, nemo venit nisi tractus.

Recepimus responsum R. Patris ad aliquas petitiones et quaestiones ei propositas per V. D. Vicarium instructo P. Prioris, quae tales sunt:

Admodum Reverende in Christo Pater debita animi submissione exponitur admodum Reverendae Paternitatis vestrae et Venerabilibus Diffinitoribus Capituli generalis Quod domus nostrae Dominae de Gratia Bruxellis gravatur duabus Missis de B. V. Maria singulis hebdomadibus per conventuales celebrandis ex quadam antiqua fundatione. Queritur an illis diebus quibus dicte Missae de Domina persolvuntur conventus astingatur ex dispositione § 15 cap. 32 nostri Ordinarii ad aliam Missam de eadem Domina in privato? Si conventus astrictus sit humillime supplicatur admodum Reverendae Paternitati vestrae ut una cum Diffinitoribus speciali favore eum proseguendo obligationem citati paragraphi admodum Reverenda Paternitas vestra relaxare dignetur cum pariter naturae esse videantur Missae ejusmodi fundationum cum Missis a presiden-

alios domorum ordinatis. Quo facto, etc.

Concedimus ut petitur.

Audivimus in quibusdam domibus Ordinis dominica infra octavas Assumptionis B. V. Mariæ non amplius legi sermonem S. Augustini adscriptum qui est in homiliario Ordinis ad prefatum diem; quem tamen expungere hactenus non presumpsimus, ne commississe in S. 7, cap. 1. partis secundæ Statutorum convincamur. Ideo petitur si sermo iste supprimendus sit ut dignetur Capitulum hoc ipsum per chartam provincie aut aliquo modo insinuare, nec non quid illius loco sit substituendum.

Mittimus vobis sermonem quo Cartusia utitur.

Est sermo S. Bernardi de eadem solemnitate qui incipit: ..... quo pariter utitur Congregatio Extensis in Hispania quæ est Reformatorem Castellanum.

In festo Natalis Domini occurrente in hebdomada, in qua P. Prior officio hebdomadarii sacerdotis fungitur, solet in quibusdam domibus Missam medie noctis celebrare Pater antiquior, in aurora P. Vicarius. In quibusdam aliis domibus P. Vicarius celebrat media nocte: in aurora is qui sequitur P. Vicarium in choro dextro: in nonnullis insuper aliis domibus senior in Ordine cantat media nocte, et in aurora is qui seniore in Ordine proxime sequitur. Queritur quid tali eventu observare debeamus, ut in tam celebri die uniformitas sit in Ordine.

Dico Missam medie noctis semper pertinere ad Vicarium exceptis duobus casibus in Statuto expressis. Cartusie, die 14 Junii 1622. Fr. Bruno Prior Cartusie.

Postrema questio non nisi media ex parte soluta est, certum est ex Statuto et hac responsione, quando Vicarius non est

heldomadarius, nec vices Prioris agit tertiam Missam cantando, quod debeat medix noctis Missam cantare: sed quis debet cantare Missam in aurora quando P. Prior est heldomadarius, an senior prout legi in libro domus Gornay, vel is qui sequitur P. Vicarium in choro dextero, adhuc sub iudice les est et controversia seu confusio dum casus iste accidit.

In ultima Visitatione hujus anni talis emanaverat ordinatio: Inpoterum nulli religiosi prater Officiales celebrent in sacello anteriori sine expressa Superiorum licentia ul. hunc quidem etiam dicti Officiales cum Ordinis ceremoniis.

De Cerimoniis servandis expressum erat mandatum R. Patris Generalis ex suggestione D. Joannis Meldeman Cartusie professi qui nuper fuerat in hac domo hospitatus, aliquandiu tamen P. Prior et P. Vicarius se opposuerunt, quare Pater Commissarius eam suspendit his verbis: Ordinationem de servandis ceremoniis Ordinis in Missis, que celebrantur in sacello apud portam, in quo solent convenire multi seculares, ne inde oriatur aliquod scandalum, ego suspendo quoadusque ipsemet R. Pater Generalis super ea consultus apertis verbis intentionem et voluntatem suam declaravit, quod V. P. Prior faciat quam citissime. Actum in Cartusia Bruzellensi 22 Januarii 1622. — Fr. Petrus Lion Prior Valencenensis.

R. Pater respondit quod esset valde congruum et decens, cessit tamen postulantium voluntati. Intellexi Patres nostros Romæ in templo ad quod omnes conveniunt servare ceremonias Ordinis præterquam quod inducti sacris vestibus ad altare procedant, retro quod habent oratorium in quo cantant horas, et homines quidam novitatis vel diversitatis spectandæ curiosi eo vadant.

Si sacellum non esset tam angustum ut seculares maxime feminas excludere possemus melius observarentur, et adhuc melius si ab initio observate fuissent, et quidem vidi nostros ibi prostratos jacuisse ante altare quod quanto vel qua de causa sublatum sibi ignoro.

Hoc anno 20 Julii Marchio Spinola Bergam ad Romam obsedit sed inani successu: cunctatio nimia regionum salus fuit Bergobromiensium nam ut primum adnota erant oppido castra intus tanta fuit strepidentio ut per soporiduum nihil in audiretur quam al Verloren al Verloren desperata res conclamata res. Quod si tunc regii obsidionem ursissent, et impetum in muros praesidio nudatas fecissent confectam rem habuissent.

Sed melioris fortuna sub finem praedicti mensis Raffenmuthzum munimentum prope Romam quod Hollandi ante aliquot annos in Rheno excitant obsesum fuit.

Dum Mansfeldius praese ferret, quasi regi Gallie militare vellet, ipse et christianus dux Brunsvicensis operam suam ordinibus Belgii obtulerunt, a quibus in tutelam et patrocinium recepti fuerunt, itaque primum ex Alsatia moverunt, et per episcopatum Metensem in Lotharingiam hostiliter invenerunt, et prope Sedanum aliquandiu subsisterunt, et a duce Bullonii comatu et milite adjuti ut obsidionem solverent Bergobromiensem iter per Brabantiam arripuerunt. Dum vero Don Gonçalo Fernandes de Corduba 19 Augusti cum suo exercitu per sylvam Arduenam, et structo ponte super Mosam Givoti inter abbatiam Villerianam et Callisensem dynastiam prope Florem pervenisset. Mansfeldius per subicinem ipsum percunctatus est an sibi transitum concedere vellet, aut quid in animo haberet. Ad haec Cordubensis qui nihil aliud in man-

datis labebat, quam ut intolendas ipsius gravationes sisteret et intiberet, animose respondit se ad p̄m̄elium cum ipso conferrandum paratum esse. Mansfeldius hoc accepto responso suas ad virtutem serio est cohortatus jam tempus adesse pugnae inquiens; nam nullam retrocedendi facultatem esse cum sint in hostili ditione: praeterea ipsos, ut norint, annonae penuria laborare itinera a Cordubensi cum magnis copiis insideri: quare ni praesumptum aut fame pereundum esse: praestare autem fortiter pugnare quam fame interire. Quibus dictis etsi plerique tumultuarentur et pecuniam flagitarent: tamen urgente necessitate pugnam iniverunt: ubi acriter certatum est.

Cordubensis sua formenta decursum in Mansfeldios direxit et magnam inter eos stragem edidit. Ac licet Hispanicorum acies initio inclinare videretur: tamen Trembügia et Comblana legionibus fortiter rem gerentibus et Cordubensi omnes strenui ducis partes explente pugna redintegrata est: adeo ut ducem christianam cum suo equitatu Mansfeldio opem ferre, et tandem Hispanicos detinere oportuerit donec Mansfeldius elapsus sit: qui sicut et dux christianus cum reliquis copiarum suarum in ulteriorem Prabantiam concesserunt. In hoc conflictu: Hispanici initio non levem cladem acceperunt, et aliquot currus cum comatu, et quibusdam formentis amiserunt: nihilominus victoria tandem profiti sunt. Nam Mansfeldius, et Punsvicenses plurimos ex suis desiderarunt, et dux christianus glante plumbea in brachio sinistro percussus fuit: quod ipsi his accedente inflammatione, non sine periculo vite abscondi oportuit. Etia ex ipsis millia in conflictu cesa dicuntur, reliquis

dissipatis, et magno numero a rusticis obtuncatis: ita ut ex viginti millibus vix sex milia cum suis discipulis evaserint qui Bredam se receperunt.

Cordubensis enim copias suis deropente recollectis Mansfeldium per Gauchierum tanta celeritate persecutus est ut non tantum currus antea amissos recuperavit sed etiam septem equitum

\* Miror hoc vesillis, et uno signo perditum ac\* proprio Mansfeldii curru quandoquidem potitus sit quæ Bruxellas advenit.

audiverim ipso Dux Saxonie Wimarensis cum multis ex nobilitate captus in praelio pro fuit. Hæc historia publica et impressa; pauca ex nobis lecta accidit laborantem piet. Dum Mansfeldius ad fines Lotharingie pervenisset, in curru suo misit Ser<sup>ma</sup> Infans ducem de Bournville (cujus mater habue-  
jacuisse. rat in matrimonio Carolum Comitem Mansfeldium hujus

fratrem sed legitimum) et alios legatos ut regi reconciliaretur, sed frustra etiam nunc sicut et in principio anni per Dominum Baronem de Paville laboratum fuit, non est pax impiis dicit Dominus, 24 pagos combusserunt in Lotharingia, penit dictum fuit. Certum mihi est arcem cognati mei germani Chamois in qua rustici se defendere parabant (quod in superioribus bellis fecerant) combustam fuisse, quare totum ducatum Lotharingie ad arma concitarent, quærebant et domum alterius militum ducis similiter incendio delere, sed nescio an dolo vel invidia alterius pacifici

Domini domus ostensa et ab ipsis combusta est. Ignoscat mihi lector si et sororis mee viduæ Domini de Fleuille fortunam enarrem, hæc in Franciæ fontibus degens videns rusticos delabi, nec parare se ad defensionem, ipsa fugam similiter capessit, huc quoque occurrunt milites. Sancilla (quæ Germanice loquebatur)

eis non solum ostium sed et arcam aperit, ne vim inferrent et  
 victualibus contentarentur, quidam prefectus armarium aperiens  
 invenit imaginem B. Virginis, percunctatur ab ancilla num  
 Domina ejus esset de religione scilicet reformata, qua ne-  
 gante (prout imago fidem faciebat) nescio quo instinctu jussit  
 continuo omnes milites exire et domum servant indemnem,  
 non enim omnes erant heretici sicut nec ipsorum dux Mansfel-  
 dius. Nec enim ipsis Francis (ut jam dixi) parcelant; hinc Prior  
 Cantusie Montis Dei prope Sedanum ceteris arboribus viam illis  
 intercludere conabatur: frater Amandus Jonart, Donatus una cum  
 Procuratore et nobili quodam, hinc inde discurrebat ut bona  
 domus ab ipsorum direptione conservaret a barbaris hominibus  
 quorum loquelam non intelligebat hasta conformis fuit et  
 dum vulneratus jacet, caritative alias admonet ut potius seipsum  
 periculo eripiant. Hinc tota nocte cum summis doloribus et  
 morte conflictus in vicino Minorum cenobio animam Deo red-  
 didit, sepultus in Monte Dei et habuit Missam de Domina  
 in sua provincia. Sicut potuit intelligere habitabat hic Donatus  
 extra septa monasterii in agro et habebat curam lacticiniorum  
 videlicet butiri, casei et similium quae isti consumpserunt vel  
 polluerunt, et dominicis et festis diebus domum revertebatur. Si  
 jam meliori minerva narratam vis habere accipe verba  
 P. Gerardi.

Secunda vastatio quam passa est domus Montis Dei anno 1622  
 magis fuit agraria quam domestica. Cum enim Mansfeldius, et  
 ille alius secundus Atilla qui se flagellum sacerdotum dicebat  
 cum numerosissimo exercitu sese diffudissent per limitanea Fran-  
 cia loca magnam sane intulerunt perniciem agris et villis.



Erant per id tempus rus relegatus frater Amandus Jonardus Donatus domesti-  
cis et agrestibus utilis multum utilis. Hic cum urgeretur ab iis Mansfel-  
diensibus ad sequenda castra nec vocem hybridam eorum intelligeret, cru-  
deliter ab eis necatus est. Cui ut spiranti adhuc et sentienti congratu-  
lamur, quod ob tam justam causam, et quidem ab eis qui se inimicos  
crucis Christi confitebantur extrema passus sit. nunc vero in pace in  
idipsum dormiat et requiescat, fidelis anima.

Sic per Franciam in Hamoniam irruerunt et nonnullos pagos  
combusserunt, alios celebriores se pecunia redimere passi sunt velut etiam  
abbatias et urbiculas et Marix montem principis secessionem. Et cum  
rustici circumquaque ad arma vocarentur casus tristis accidit, ut trium  
pagorum incolae in manus Mansfeldii incidissent, nam quærentes  
se nostris militibus jungere, inimicos invenerunt, qui illos ad inter-  
necionem ceciderunt. Deinde obviam nostro exercitui facti prælium  
non incruentum commiserunt, ut bombardarum ictus e vicinis  
Bruella locis exaudirentur quare Rex<sup>ma</sup> Infans misit ad omnia  
monasteria ut pro felici prælii exitu deus isoraretur. Cum igitur

In festo decol-essemus in colloquio cellas continuo repetivimus, et finitis Hesper-

Baptista.

cum auditum fuisset, nostros non prevaluisse, imo multos ceci-  
disse atque tormenta duo capta et currus cum pecunia, magna  
fuit consternatio animorum. Sed quia prælium restauran-  
dum dicebatur, repetite preces fuerunt, et magna fidelium  
apparuit devotio, qui feriali die nomine excitante templa com-  
plerent. Et nos qui Strimtionum spaciamentum habebamus in  
Laken litanias repetivimus ibidem et duo ex nostris celebrant  
sed cum auditum fuisset, postea peditatum omnem profligatum  
et equitatum usque ad tres mille Rex<sup>ma</sup> Infans et totus populus

animi equiores facti sunt praesertim cum vexilla velut victoriae certissima signa, inter quae et illud Hallenstadii fuit in quo symbololum illud legebatur Tch wil Der Pfaffen Staffen quod archiducissa jussit appendi in tholo templi S. Gudulae pro anathemate; depictum quoque erat in eo vexillo ex nube brachium extensum et stringens gladium subtus sicut birceta sacerdotum. Sed non impune contra christos Domini brachium extendit, nam in eodem praelio ictu lombardae percussus in brachio quod sibi fuisse amputari tulit penas perfidiae, quamvis adhuc et altero minaretur sicut anguis percussus in capite adhuc tollit sibilla, et serpentinis venena vomit pectoribus ut ait Ambrosius. Sed non dormit, ab unda excubat, Dei manus semper vigilantem virgam a Jeremia prophetica visam in hostes amicorum morum vibrans ut eos plectat et puniat: quatuor ante obitum (qui 16 Januarii anno 1626 contigit) diebus veronem quatuor cubitos longum et duos digitos latum ex suo corpore emisit. Juraverat alius se suis manibus muliercula Hallensi (ita vocat statuam B. Virginis) nasum abscisurum. Vir dixerat, et ecce plumbea glande ex urbe Hal. Lipsius in mir. lensi missa nasus ei ipsi auferetur qui multos annos postea Virg. Hall. et miser vivit fuitque ipsis Hollandis assiduo ludibrio qui eum Corn. a lap. in saepius Hallas mittebant pro naso recuperando. Sic duce Ricap. 14 levit. nore per Machabeum cesso ejus dexteram quam nefarie bis contra sanctam domum extenderat cum humero abscissam sicut Judas in Hierusalem ostenditque populo et sacerdotibus et Mach. cap. 7. contra templum jussit suspendi in signum omnibus conspicuum divini erga Judaeos auxilii evidentissimum.

4 Septembris Ser<sup>ma</sup> Infans Meckleniam perexit, ut victorem exerci-

sum inviseret ac gratias ageret, duces senis honoravit, militum stipendia auxit, qui illam multo honore exceperunt ac ludo militari recreaverunt; eodem die Pruxellas reversa est. Eluait etiam hujus heroinæ benignitas erga vulneratos et lesos quibus liberaliter subventum est. Felix quisquis in illa pugna vulnus accepit, quia præter honorem, et decus maximum quod inde retulit, etiam hujus principis opem, imo et manum medicam expertus est, (quod magis mirare hostilis quoque miles) in noscomiis ipsis ad curationem deputatis: in quibus eos die 8 Septembris B. Virginis Mariæ, nativitate festivo visitavit, indusia aliæque lintea suppeditavit, sillaria, panem bis coctum donavit, ac bono animo esse unumquemque jussit, curatos hostes libere quo vellet abire permisit, et eodem die post vespas ex mandato decani christianitatis et suggestu predictæ principis hymnum *Te Deum* cantavimus.

Ladiguerius et Castillioneus. Prima etiam hujus mensis ex injunctione V. P. Ducis proul catholice religionem ample-  
 castillioneus mandaverat, ei R. P. Generalis cantavimus Missam de P. C. catholicam religione ample-  
 ciantur. quia erat vicinus majoris Cartusie et satis erga illam domum benevolus, Gratianopolitani etiam ignes lætitiæ excitaverunt: historia sic habet. Durante bello quod Ludovicus XIII Gallie rex contra Rupellanos et Hugonottos susceperat Ladiguerius et castillioneus duo fortissimi militie duces catholicam religionem amplexi sunt: quo facto Ladiguerius equitum Arburus in Gallia et eques regii ordinis creatus fuit.

Inter ordinationes Capituli anni sequentis una hujusmodi tenoris invenitur. Mandamus insuper omnibus

Venerabilibus provinciarum Ordinis ut curent in singulis domibus  
provinciarum suarum publicari decretum Domini nostri  
Papae sub data diei 27 Septembris anni 1622 pro conservando  
antiquo usu Ordinis tam in institutione Priorum quam  
ceterorum Officialium. Non recordor fuisse publicatum in  
hac domo sed aliunde habuimus quod tale est:

Breve S. D. N. Gregorii divina providentia.

Papae XV.

Quod Prioratus ceteraque Cartusienis Ordinis officia  
perpetua prout hactenus in dicta religione servatum fuit,  
remaneant.

Gregorius P. P. XV

Ad futuram rei memoriam.

Ex injuncto nobis desuper apostolicae servitutis officio, ad  
ea per quae regularium Ordinum quorumlibet in mili-  
tanti Ecclesia pie et sancte institutorum professores quiete  
et feliciter regantur, et felicioribus in dies progredientibus incre-  
mentis libenter intendimus prout conspicimus in Domino  
salubriter expedire. Cum itaque sicut accepimus e re mona-  
steriorum et monachorum Ordinis Cartusienis futurum  
sit, si Prioratus et alia quaecumque ejusdem Ordinis offi-  
cia perpetuo, ut hactenus in dicto Ordine observatum fuit,  
remaneant, Nos felici monasteriorum et monachorum predicto-  
rum regimini et status, quantum cum Domino possumus  
prosperare volentes de Venerabilium fratrum nostrorum  
S. B. E. Cardinalium negotiis regularium prepositorum  
consilio; quod de cetero in Ordine predicto solitum ser-  
vari debebat apostolica auctoritate tenore presentium statuimus

et ordinamus, decernentes presentes litteras validas, firmas et efficaces existere et fore, suorumque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, irritumque et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitucionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod presentium transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis et sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem proorsus fides in iudicio et extra adhibeatur, quae presentibus adhiberetur si forent exhibite vel ostense. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 27 Septembris 1622, Pontificatus nostri anno secundo.

S. Card. S. Suzanne et infra signatum ita est:

Silvester Spada <sup>M<sup>mi</sup></sup> et Rev<sup>mi</sup> D. Cardinalis Vicarii

et sigillatum placardo sigillo Cardinalis.

Locus hic exigit ut rationes pro perpetuo officio in medium adferam, ex Tomo 2. hist. sac. ad annum 1561 num. 123 et sequentibus, quae nobis convenire possunt.

Cause cur Patres prepositum perpetuum esse voluerint, praeter auctoritatem fundatoris haec sex fere fuerunt.

Major usus et peritia gerendarum rerum, majorque notitia regendorum hominum: tum major praepositi auctoritas: simul ambitionis remotio: ad haec quod promptius sibi idoneum unum invenire quam multos, praeterea infrequentiores conventus: denique administrationum ceterarum exempla.

1. Propositus ergo perpetuus hoc primum habet commoditatis quod usu proficitur quippe cum omnes disciplinae et artes exercitatione excolantur ars homines regendi, quae merito ars dicitur artium, sine dubio et ipsa usu proficiet. Sane idcirco prudentia, quae publicarum rectionum spiritus et anima est propria senum dicitur, quod multa eos aetas docuit, quae dum respiciunt, sagaciterque ex praeteritis disponunt praesentia, et futura coniectant, consilia temporibus accommodata capiunt. Magnarum procurationum initis haud perinde negotiorum gravitas ac multitudo obturbat et premit, quam ipsa novitas, cum quidquid acciderit ut inexpectatum commoveat. Ubi autem paululum usus inveteravit, quia humanae ferme res in orbem eunt, et nihil est sub sole novum administrationis cursus similiter atque fluminis alveo invento tranquille labitur.
2. Nec solum res sed et homines praestat usu nosse, etc.
3. Auctoritas vero sine dubio ingens est momentum obsequii. Qui autem non videt, quanto sibi ea futura major in praeside, cui finitum tempus praefecturae non sit? nam (praeterquam quod potestati, quo major ipsa est eo plus auctoritatis ac venerationis inest, major autem est, quam fines nulli temporis circumscribunt) homines sumus: et ita comparata sunt humana ingenia, ut jam nunc pares ducant, quos post paulo pares futuros moriunt. Haud igitur dubie amplius verebuntur omnes quem sciant sibi esse perpetuo praefecturum, quam quem mox conspiciantur sint redactum in ordinem, equatumque et forte

subjectum sibi.

4. Inde etiam fiet ut simul propositus magis ex animo capes sincerior ad. sal. onus, quod sibi in omnem vitam gerendum norit, simul ministratio. inferiores sincerius capessant, obsequium quod videant commutari non posse. Negligentia enim ex proximo obrepit ubi res quodam modo in transitu et tanquam aliena geratur.

5. Ad haec animum legislator huc intendit occasionem non modo ut omnem ambitionis, sed etiam (quantum fieri poterit) ut cogitationem penitus removeret.

Tamque ambitionem non modo eorum munerum quae ambiuntur, pestem, sed etiam in quavis sodalitate omnium malorum parentem vocat, quae in sacris caetibus eo sunt, veriora, quo clarius constat fundamentum eorum christianam esse humilitatem: qua subducta aedificium necesse sit solum ruere. Siquidem virus est ambitio, quod semel animo conceptum consilia, facta, vitamque omnem velut in radice corrumpit. Reipublicae itaque religiose nervi, ossa, sanguis, omnia demum sunt, obedientia, submissio, tranquillitas animi, curarum vacuitas et sua contenta sorte quocumque loco ponatur, modestia, etc.

Porro ab spe in ambitionem protinus lapsus est, gradus nullus interfacet, ut enim cogitatio cupiditatem lacessit, ita spes ad conatum instigat.

Præterea ex his quoque qui decedunt periculum ambitionis impendit. Quis enim facile omnes post degustatum locum superiorem bona fide amaturus inferiorem præstet? Quod si interclusus domi sit ascensus quaeritur fortassis foris, etc.

Creatio propositi tam res est gravis, adeoque impedita et

lubrica ut exgerime in comitiis turbe aliqua, dissidia si non voluntatem certe sententiarum vitari queant.

Jam illud explanatione non indiget, cum tanta sit raritas hominum usquequaque ad publicam administrationem idoneorum, exruius fore multos idoneos nancisci quam unum. Nam tametsi forte extiterit cetera parvi qui jam in magistratu est, tamen usu, quæritaque jam auctoritate ac rerum hominumque notitia adequari non poterit: et quamvis prestantissimum tandem et instructissimum, multos experiundo reperias, nunquam tamen perfecto consummatoque fueris, quia cum ad maturitatem appropinquare ceperit, alteri novo acerboque cedere locum cogetur.

Postremo in rempublicam vel humanam vel sacram intuenti offeruntur hinc episcopi et Summi Pontifices, et multi abbatum, et quidam religiosorum etiam Ordinum (mendicantium) ac nominatim Prædicatorum Magistri Generales, quorum in omnem ætatem perseverat potestas. Inde imperatores ac reges ceterique minores dynastæ, quibus item dominatus non nisi cum vita finitur. Quæ omnia cum essent et recte consideraret legislator id modo reliquum erat videre, ut hæc commoditates (quando in rebus humanis nihil est ab omni parte tutum atque perfectum) quam purissime quamque minimi admixtione incommodi perciperentur.

Prior quidem in Ordine nostro potest esse perpetuus, quia Prioratus sui non est definitum tempus, quotannis tamen in Capitulo generali per se vel per litteras petit



misericordiam id est absolutionem ab officio. Quod et Reverendus Pater  
 Minister Generalis itidem facit, ita ut nullus sibi prerogativam  
 aliquam præ ceteris polliceri possit, neque abbatialem unquam  
 dignitatem quamvis Summus Pontifex iustaret, admittere salva  
 obedientia voluerunt, Prioratum retinuerunt, qui est potius officium  
 quam dignitas propter facilem Priorem ab eisdem Prioratibus sine  
 strepitu juris absolutionem, nam sancti olim Patres nostri conati sem-  
 per sunt se subducere ab ejusdem officii, et protulerunt cum B. Ma-  
 ria Magdalena ad pedes Jern sedere (quippe quæ teste et iudice  
 Christo optimam partem elegit), et dulcedine perfrui contempla-  
 tionis quam cum Martha externa ministeria obire et turbare  
 circa plurima: sic accepimus plerosque R. Patres qui toti Ordini  
 præsidebant ultro se abdicasse tanto munere et magistratu  
 gubernandi Ordinem amore silentii et quietis et ceterorum  
 quæ ad cellam pertinent, studiorum quod sæpius reperitur  
 in eorum albo, nam iste verus est spiritus Ordinis nostri  
 abhorre ab officiis, eligere cellam et quietem, amare secre-  
 tum et solitudine oblectari. Petunt Priores nostri quot  
 amis a Capitulo absolutionem ab officiis suis ne aliquando  
 severam illam Domini sui increpationem: Serve nequam  
 quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, et  
 ego veniens cum usuris exegissem eam? id est deposuisses  
 ad altare quod ferre non poteras. Dum enim ignavis mer-

Hieronymus

cator seu negotiator donarium Senes, alterius locum, qui pecu-  
 niam duplicare non poterat occupasti. Hinc Joannes de Indagine  
 lib. 1 de Ordinis Cartus. excellentia dicit: Obedientia valde lata  
 et generalis est quoad Capitulum generale et Priorem Car-  
 tusie, qui possunt Statuta precipere, imo ex Statutis habent

potestatem. Et sic monachum de una domo ad aliam, de uno officio passum ad aliud promovere et generaliter precipere quæ secundum caritatem fieri possunt pro conservatione religiose vite: nam fieri potest ut aliquis prelatus quamvis idoneus in una domo propter æmulos non proficiat hinc transferatur ad aliam, nam mutatio loci minuit invidiam. Quod si ut homo ceciderit (quod fieri potest, nam et columnæ cæli ceciderunt) destituatur officio et exauctoratur propter culpam quamvis non semper criminalem, prout in Statutis multi casus exprimentur. Et petenti misericordiam si concedatur non videtur fieri injuria, et sepius diserte Capitulum exprimit ad suam magnam instantiam se id facere, et declarat quandoque non propter ea quæ in carta Visitatorum de Pione expressa erant quamvis vera non negaret, et occasionem eandem præbuissem, quia obedientie et petitionis sibi facte jus sibi majus Capitulum arrogat, sunt etiam qui ex vera humilitate vel propter senium aulicam causam misericordiam petunt et accipiunt de absentibus iudicium ferre sibi cavet Capitulum sed mittit Visitatores et Commissarios. Et hæc praxis Ordinis nostri, et antiquus usus circa institutionem Priorum, nec novum jus perpetuandi officia per hoc breve apostolicum acquisitis, ideo non fallatis vos ipsos suscitando lites, aut turbando ordinem, quia superior juste judicial et disponit omnia sicut quidam Prior Halus qui movit litem Romæ super absolutione sua verum contra ipsum sententia prolata est et impressa Bononiæ apud Franciscum Cataneum 1631.

Urbanus Papa octavus.

Ad futuram rei memoriam. Cum sicut accepimus dilectus filius Egidius Cesta monachus expressè professor Ordinis Cartusienensis ac olim monasterii ejusdem Ordinis Paduani Prior ad venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales negotiis Regularium prepositos, super eo quod indebitè a dilecto filio Priore generali dicti Ordinis fuerit a Prioratu predicto absolutus, rebusque aliis in actis causæ hujusmodi latius deductis recursum habuerit. Nos præmissis pro muneris nostri debito de opportuna declarationis ministerio providere volentes, de eorundem Cardinalium consilio prædictum Egidium valide fuisse a dicto Prioratu absolutum, ac misericordiam consecutum apostolica auctoritate. Tenore præsentium decernimus et declaramus atque idcirco perpetuum in causa hujusmodi silentium imponimus. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et constitutionibus, privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum Tenore præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 26 Martii 1631, Pontificatus nostri octavo. — Marcus Antonius Maraldus.

Alienum prorsus est a spiritu professionis nostre letari et applaudere sibi de officio: et tristitia officii vel quod gravius est conqueri et inquietum esse si beneficium obtineat absolutiois et ad cellam relegatur: hoc est ut nos in Ordine

dicere solemus si misericordia (quæ vere est) ipsi fiat, quandoquidem et doctor Avila vir spiritualis de quibusdam dicit ut in epistolis ejus gallice scriptis legi: Qu'il preme en patience l'occupation et en amour le repos, qu'il mette les mains à l'un et les yeux à l'autre; qu'il obéisse pour l'un et supplie pour l'autre. Patienter ferat instantia quotidiana, et anhelat ad requiem: procuret sensu et curet quæ curanda sunt, sed sinum et affectum extendat ad interiora, obediat necessitati, supplicet pro pulchritudine requiei opulentæ.

Et quod facit ad rem accipi cartam Visitationis domus Firicæ, quam hoc loco describam.

In nomine Domini amen. Anno a Nativitate ejusdem millesimo quingentesimo quarto circa solemnitatem nati-  
vitatæ beati Joannis Baptistæ. Nos fratres Michael et Cor-  
nelius domorum Sylviæ S. Martini prope Geraldæ montem  
et Vallis B. Virginis juxta Brugas Ordinis Cartusensis humi-  
les Piores auctoritate R. Patris nostri D. Prioris Cartusie et  
Capituli nostri generalis domum Montis Lyon ejusdem  
Ordinis prope Firicæam ordinariè visitantes invenimus ibidem  
congregationem quoad majorem sui partem in Domino  
nobis placentem. Imprimis D. Adrianum ejusdem Congrega-  
tionis Priorem sed auctoritate Capituli sua nimia et impor-  
tuna instantia, et propter frequentes infirmitates suas abso-  
lutum, id tamen non sine divinæ providentiæ singulari  
dispensatione rem taciti considerantes factum existimamus,  
ut post Lix fastiditam copulam, cupitæ Bachelis am-  
plexibus sui liceret, cujus amore summi beneficii loco hanc  
suam absolutionem reputabat. Nam quod sine omni furo

hanc ex corde petierit, et quod non gravato animo hanc sibi factam  
 protulerit hilaritate vultus interioris exultationis certissima teste satis  
 declaravit, nam totum se Deo in sacrificium laudis offerens, qui sibi  
 hanc requiem prestitit passim omnibus quos sibi auxilio fuisse  
 putabat ut misericordiam consequeretur uberes gratias gratula-  
 bundus habuit. Ipso igitur, quo Deo liberius vacaret suæque sa-  
 luti invigilaret tam grandi honore per Capitulum generale rele-  
 vato, ejusdemque auctoritate D. Joannes Procurator domus Monia-  
 lium S. Annæ Ordinis nostri juxta Brugas ad <sup>nostrum</sup> statum onus sus-  
 cipendum ascitus est, cui non opus est magnificis per nos  
 ornari titulis, quem satis ex hoc commendatum relinquinus  
 quod Patribus Diffinitoribus solus præ ceteris idoneus habitus  
 est cui officium Prioratus domus istius administrandum  
 committerent, sed ne errore lapsos ipsos id fecisse quis arbi-  
 tratur R. P. Prior Cartusie qui inter ipsos primatum  
 tenet quem nihil eorum quæ ad rem pertinent latet  
 ipsum in majore ministerio tanquam fidelem futurum  
 præesse voluit quem in minori expertus est fuisse fidelem.  
 Ipsum igitur absentem ut presentem hoc scripto hor-  
 tabamur in Domino, ut rationali gregi cui Dominus  
 ipsum pastorem præposuit omnem quam potest curam  
 impendat nihil eorum quæ saluti ac paci ipsius con-  
 ducere noverit negligens et quem mutua caritate ac pace  
 coadunatum et sibi coherentem invenit suæ presentis sedu-  
 litate sic servet ne hostili aliquatenus incursum surbetur,  
 aut dissipatus lupi illius rapacis morsibus pateat sed et  
 more boni Pastoris nominatim oves vocans ante ipsas vadat,  
 opere magis quam verbis quid facere debeant ostendens ut mo-

exemplo id quod ab aliis fieri exigit facile esse persuadeat  
 et iuxta consilium Bernardi onus quod portandum imponit  
 ipse prius portet et ex se discat qualiter oportet aliis mo-  
 derari. Superfluum judicamus ipsum adhortari ne eorum  
 numero censeatur quorum improbitate et negligentia dispersas  
 oves suas Dominus per Ezechielem Dominus conqueritur quia  
 quod perierat non reduxerunt, sed cum austeritate impera-  
 bant eis et cum potentia, ipsum tamen admoneri non ab-  
 re putamus ne delatoribus aurem præbeat de quibus in Hester  
 legitur, quod aures principum simplices et ex sua natura alios  
 judicantes callida fraude decipiunt, sed et illos a se arceat  
 nec eorum suggestionibus acquiescat qui prætextu suendi  
 Ordinis ad durius et severius agendum ipsum impellant,  
 quique ubi oleum misericordie ac compassionis infunden-  
 dum fuerat, acrioris increpationis vinum instillandum madeant,  
 quin potius consilium illud semper magis arideat  
 ita dicentium si hodie obedieris populo huic et servieris et  
 petitioni eorum cesseris locutusque fueris ad eos verba  
 levia erunt tibi servi cunctis diebus. Denique ut cultum  
 pecoris sui agnoscat quod pastori summe necessarium est,  
 volumus ut singulis mensibus monachos cellatim visitet,  
 idoneis ad scribendum de necessariis provideat, scribere scien-  
 tes et nolentes vini carentia puniat ne inertis otio tor-  
 peat, omnibus se affabilem præbeat ut forma gregis  
 factus ex animo tandem cum omnibus sibi commissis  
 ovibus immarcescibilem æternæ vitæ coronam percipere  
 valeat.

Gratia Dei est sapientis esse cum Jacobo de Paz prouincio, qui et summum donum  
 vita eterna. et gratiam S. Spiritus esse definit. Nam neque salutaria precepta  
 quemquam posse obtemperantibus prestitueret, nisi qui prius universis  
 virtutum disciplinis fuerit instructus; nec obedire quemquam seniori  
 posse nisi eum qui consummatus timore Dei et humilitatis fuerit  
 virtute perfectus.

Statim post breue apostolicum rationes cur prelatus debeat esse per-  
 petuus subieci, nunc priusquam ultra progrediar ea caritatis auda-  
 cia qua neminem palpauit, et nemini etiam onerosa est religionis  
 nostre prelatos (eiusdem Doctoris verbis) sui muneris admonelo:  
 nam ipsi pro munere sibi demandato non economi sunt, non  
 domus edificatores non ciuitatis, in qua degunt, gubernatores, non  
 principum familiares, non quod magis est, aut concionatores  
 aut animarum secularium, nisi in eo quod sine detrimento  
 sui officii possunt, adiutores; sed sunt prelati id est spirituales  
 religiosorum patres et medici, ab omnibus aliis curis expediti, ut  
 possint eorum perfectioni procurande vehementer insistere,  
 et eos in rebus spiritualibus gubernare.

Hoc mense Septembri V. P. Prior decubuit ex febris, et  
 dum conualesceret aliquam mutationem fecit in aduio ecclesie  
 propter candelabra xenea, que ante primarium altare ponenda  
 erant, iussit igitur auferri scamnum seu cancellos ligneos,  
 (quorum pars adhuc inheret formis ab utroque latere) et  
 erant autem ante faciem altaris prout fere videre est in  
 templo Patrum Societatis Iesu, atque etiam gradus altaris  
 mouit, siquidem secundum (qui erat ubi nunc sunt candela-  
 bra, et in quo serimonie Ordinis observantur) primo adijun-  
 xit, ultimum quidem promouit magis, sed tamen nimis

distans videtur ab altari, ut precipuus epus gradus censeatur: secundum presentem architectoniam dispositi erant, ut altare quidem elevaretur per gradus sed longe a se invicem distantes propter incedentium commoditatem. Unusquisque in suo sensu abundat, et isti cancelli nostro proposito non satis etiam conveniebant, qui conventualiter Missam cantamus et impediebant itum et reditum ad altare, et amplior chorus nunc apparet. Quatuor igitur candelabra huc Brucellis conflata, suis locis posita fuerunt prima Octobris, quae quingentis florenis facile constare dicebantur, unum dedit Dominus Baro de Balançon qui nunc praefectus tormentorum est, secundum procuravit D. James Van Bitteroverjck sacrista ex bonis parentum, qui legaverant fenestram pro majori ambitu, duo alia dederunt parentes D. Judoci Ghindertalen qui 9 hujus mensis primitias celebravit.

Toto die cantatae fuerunt duae Missae de Requiem una pro patre D. Henrico Van Cudenhagen Portii et haluimus pitantiam, alteram pro Tomato qui pridie obierat et sepultus fuerat.

Ultima Septembris in festo S. Hieronymi quando cantabamus Primam, presente P. Vicario migravit ad Sominum frater Thomas Gilmans Brabantus, qui huic domui ab initio ejus instaurationis spatium circiter 32 annorum fideliter et laudabiliter servivit maxime in officio Portarii et Custodis sacelli anterioris, quod exornare ipse summo opere studebat, sedulam etiam operam exhibuit erga aliquot antiquos Patres qui in hac nova domo post diuturnas exgritudines tandem mortis necessitati concesserunt, nec infirmarii tantum sed



et pollinctoris officio devote functus est, et tam hic quam Leodii (ubi ante sumptum habitum Ordinis S. Philiberti Cooman Pionis, professo hujus domus servierat) plusquam 17 personas Ordinis carit ac in suis vestibus insuit et sepelivit, siquidem artis sartorie non erat omnino ignarus. Et quamvis puillo et maculento esset corpore erat tamen animosus, pluraque agrediebatur, quam facile posset perficere. Nec detraxit anno 1606 ire ad Cartusiam, dum propter pericula bellorum Piones domi remanerent, nonnihil etiam agrotavit in via, ac ab itineris comite matrico seu lusa spoliatus fuit. R. Pater ejus bonum animum et affectum erga Ordinem satis animadvertit ac illi congratulatus est, et pro tantis laboribus postea ei concessit Missam de Domina in hac provincia, tandem morbo Ahyssi correptus non sanitatem non ulteriorem vitam, sed requiem a tantis laboribus et morbi doloribus optabat, et sepe dicebat, malo hodie quam eras, sibi que postulabat sacram synaxim porrigi diebus dominicis et festis et satis tempestive sacram Unctionem. Haecque omnibus sacramentis munitus christiane et pie vitam finivit.

In festo S. Michaelis magnus elemosynarius Luxe Celsitudinis (qui nunc titulo archiepiscopi Casariensis gaudet) Comes Cantuarij et alius cujus non recordor refectorem nobiscum sumpserunt in communi canaculo seu refectorio, cujus instinctu nescio sed et hoc mense multe preces ad Deum fusæ, et supplicationes institute sunt ad instantiam Ser<sup>ma</sup> Infantis pro necessitatibus patrie siquidem hostes multe milite et magno robore videbantur velle castra ante Bergam supra Roman invadere. In obsidione Bergensi obiit Ill<sup>mus</sup>

D. Richardus de Merode eques auratus Ordinis militaris de Calatrava Dominus Longnages benefactor nove domus prope Insulas.

Hague Spinola cum videret se in obsidenda illa urbe inanem operam sumere presertim, quia ab ordinibus federatarum provinciarum omnis generis apparatus necessarius et comestus copiose submittelatur, obsidionem incenso prius omni feno, arena stramine, tentoriis et aliis rebus sub initium mensis Octobris solvit. Quia insuper quidam Neapolitani cum obsessis colluserunt, et clam consilia communicarunt, ex quibus quindecim ad hostem in urbem transierunt. Illi vero etiam hic Bruxellis ut hostes et proditores publice proclamati, sed etiam munus centurionis, et mille Philippici ei promissi fuerunt qui aliquem ex illis capturus, et in manus Hispanorum traditurus esset: Comes quoque Bergensis cum suis militibus uno die atque altero serius advenit, Hollandi Heimbergam cito quoque recuperarunt.

Incredibilis Hollandorum fuit letitia propter hunc discessum Hispanorum ab obsidione Bergæ ad Somam, ut omnes campanæ pulverentia, tormenta disploderentur, et aliquot millia doliorum picatorum incenderentur. Noctu faces ardentes ex turribus protulerunt, et non tantum turris sed etiam omni instrumentarum musicorum genere letitiam suam testati sunt quasi universum orbem acquisivissent, aut certe subjectas sibi et unitas provincias periculo liberassent, ac rursus in libertatem vindicassent, ex hoc colligentes regem Hispaniarum non posse eis prevalere, cum vide-

rent primum ac maximum conatum irritum fuisse.

Hinc superbia et confidentia elati. Etendam insidiis structis incipere conati sunt: sed praesidiarius sedulo excubantibus consilium ipsorum irritum fuit. Inde cum quindecim hominum milibus inter Gandarum et Brugas sua Hispanorum munimenta tormentis verberarunt, verum supervenientibus auxiliis re infecta discesserunt.

Lillius vero 20 Septembris Heidelbergam sedem Comitis Palatini cepit et sub finem Octobris Manheimium, ubi verius Anglus gubernator Palatinatus praesidium habebat.

Hoc anno 1622, 6 Octobris decessit e vita Soror Ludovica Desplanques Monialis professa et senior et alias Priorissa domus monialium Gosnay, quae ultra 72 annos laudabiliter vivit in Ordine habens Missam de B. Maria per totum Ordinem. Illa igitur vere pia Mater et humilis ac bonorum memoria digna per annos 16 quibus officio cellariae functa est, et per alios itidem quatuor et vixiginti, quibus cum potestate praefuit cum tanta conversata est omnium edificatione, ut admirationi non solum domesticis sed et externis esset, certante nimirum in ea sanctitate cum humilitate, qua tam excellenter ornata fuit, ut cum major esset in imperio, minor tamen esset minimis quibuscumque sororibus suis in obsequio. Quapropter et in ancillam quodammodo serviebat illis, excitans illas stans horis ad divina, discurrensque per singulas cum ingenti fervore, nec plangebatur dispendia temporis, quod in eis visitandis insumebatur, dictitare solita nullum se sentire damnum dierum suorum, quos in huiusmodi

fereret obsequiis publicis. Imputabat autem sibi velut aridæ et  
 infructuosæ arbori, quod activæ tantum vitæ fructus colligeret,  
 aliæ vero contribules ejus a Deo digniores et aptiores vitæ recolle-  
 ctiori judicata, manciparentur sublimioribus exercitiis, quas  
 et hoc nomine sibi proponebat et ad Atheoriam vocatas ac-  
 bat, se vero damnatam ad siliquas. Eminabat autem in ea  
 vis caritatis eximie, maternisque præsertim erga infirmas  
 affluabat visceribus, serviens eis quatenus per alias occupationes  
 licebat die ac nocte contributiones cordis earum alligans, et  
 corporis curam non abiciens cum mira benignitate mentis  
 et dulcedine matris abdicabat se suis commodis ut provideret  
 alienis. Nec in ea segnis fuit cultus paupertatis, sed in sum-  
 ma licentia nihil vel certe minimum sibi licere volebat,  
 quod aliis non liceret, usum pecuniarum, non fructum  
 noverat, utiles esse dictans fortunas hujus vitæ non ad  
 fructum ventris comparatas esse debere, multo minus ad arcæ  
 vel ararii tenebras. Vultus, incessus, mores denique totiusque  
 hominis exterioris loquebantur profecto quid intus et in oculis  
 Dei mens ejus ageret. Non possumus per singula virtutum  
 ejus documenta vel exercitia discurrere; nam ad ea recen-  
 senda volumen ingens conficiendum esset: sed ut compendio  
 ideam vitæ ipsius complectamur, hoc breviter dicimus, eam  
 incrementum quoddam per annos 70 duxisse mentis et, afflictæ  
 vel afflictati corporis martyrium occultum quidem ut plu-  
 rimum, quia in modum stagni jacens furum æquor cor-  
 dis ejus, serenum semper præferbat, cum interim tempestas  
 turbaret omnia ossa, convelleretque frequenter ab arcano

fundo omnia interiora ejus. Inter quæ tamen (quamvis interdum hor-  
 ribilia et fide majora essent quæ patiebatur) æqualitas nihilominus, et per-  
 petuus vite tenor idem relucebat in ejus vita et vultu. Nichil de pensis  
 precum vel orationum solito remittens nihil debito canonicoque  
 detrahens officio; et esto non semper eadem affulgeret pinguedo  
 mentis et gratia devotionis; tamen quia Deus ipsi semper æque  
 placebat tam in prosperis quam in aridis, ideo sibi quoque  
 placebat et satisfacerebat in ariditatibus suis illud Bernardi-  
 num in mente semper habens: nec propter ariditatem capi  
 nec propter eam desinam Deo voluntaria oris mei reddere.  
 Quæ virtus cum in ea summa ac singularis esset, Patribus ejus  
 confessariis causam dedit aliquando majoris admirationis et  
 exclamationis insolite, piæ tamen et restricte videlicet hujus:  
 nisi prohiberet usus ecclesie non dubitem dicere Sancta Ludo-  
 vica, ora pro me. Hanc Venerandus Pater Philippus Hue-  
 quelierus in oratione funebri cum eam efferret vocem  
 pariter extulit. Decessit pia virgo die et hora congrua  
 sancte ejus pietati die S. Seraphici Patris nostri Brunonis  
 hora Vesperarum cum chorus canticum Magnificat decan-  
 taret. Decessit autem paulo minor nonagenaria. Multi  
 viri religiosi aliorum Ordinum ita de ea senserunt  
 ut dicere non dubitarent animam ejus prius celo quam  
 corpus humo receptam fuisse. Et vero quisquis eam nove-  
 rat in vita talem quoque de ejus obitu tulit sententiam.  
 Vespillo quidam domesticus ipsi dum viveret olim devotus,  
 et post mortem multo magis adhuc in opinione sanctitatis  
 ejus confirmatus, voluit (tanquam novissimum obsequium)

ipsi ex affectu pietatis effodere sepulchrum, fecitque et fune-  
 rari eam superjecta terra composuitque tumulum, dixit-  
 que novissima verba non tam pro ea, quam ad eam dirigens  
 sicut incensum orationem suam. Et quia bona fide vir bonus  
 ac in simplicitate animæ suæ fecit, veniam merebatur,  
 imo et inde gratiam retulit asserens se liberatum divinitus  
 ejus meritis et precibus (ut quidem persuasum habebat) ab  
 incommodo, molestiæque corporis interna. Sed et ex laicis  
 sororibus una quæ jam quinquennio dolore dentium pene  
 continuo laboraverat, sed tunc auctus erat, nec ullum  
 suppetebat malo remedium fiducia sumpta (cum ad id  
 urgeretur internis impulsibus) particulam pepuli illius in  
 ore suo sumpsit applicans illam affectis dentibus, moxque  
 somnus secutus est, et somnum sanitas dentium ita ut toto  
 post quadriennio nullum amplius senserit ejus doloris reci-  
 divum.

Non dubium quin solemnitas et beatitudo S. P. N. Bru-  
 nonis aucta fuerit in celo de tam sapiente virgine et  
 filia. Liquidem gloria Patris est filius sapiens ut etiam  
 vicarius Christi in terris Summus Pontifex Gregorius XV offi-  
 cium S. Brunonis sub semiduplici ritu ab omnibus eccle-  
 siasticis personis recitari præceperit, unde non incongrue  
 attexam elogium quod olim S. Brunoni R. P. Arnoldus  
 Postius Theologus Carmelita dedit.

S. Bruno natione Colonienſis, Doctor sacrarum litte-  
 rarum celebris et facundus ex insigni ecclesia Rhemensis  
 canonico sacri Ordinis Cartusienſis institutor, et Prior pri-

mus honestatis, gravitatis, ac fortius maturitatis quoddam quasi simul-  
lacteam resplenduit. Nam veluti sydus purissimum et splen-  
didissimum singulari prerogativa sanctitatis, superexcellenti  
punitate conversationis, doctrina eximia, et quam multis  
salutari, miraculorum denique inestimabili gloria ab occi-  
dente usque ad orientem clarissime refulsit. Quod si in familia  
seculari praedicationis et salutis est esse patricium, quanto ma-  
joris laudis et honoris est fieri sanctitatis tam eximia successione  
perpetua ac in dies extensione generosum? omniumque proinde  
praconio, praedicatione, litteris, monumentis non injuria per-  
petuo decorandum? Si et ad unius penitentiam peccatoris tota  
caelestis regio in letitia excitatur: quoniam illi exhibuisse gau-  
dia, sed et exhibere continuo creditur Bruno beatissimus de  
tam multorum perfecta conversione et vera penitentia  
peccatorum? Si denique de Ario haeretico pestifero olim  
rite dixit S. Hieronymus quod poena ejus nondum finita  
est, sed augetur usque ad diem judicii juxta augmen-  
tum erroris sui: multo magis mihi dicere licet (cum  
misericordia justitiam superexcellit) quod divi Brunonis  
gloria indies augetur in caelis, et usque ad finem  
judicii semper augetur juxta augmentum inestitutae  
ab ea sanctitatis.

9 Octobris die dominica cantavit primitias meas S. Judo-  
cus Ghindertalen et dedit duos uncellos (deauratos non  
nihil), quibus adhuc utimur (aliis fractis vel venditis) et  
parum ante (ut dixi) parentes dederunt ducentos florenos  
pro candelabris (quae nihilominus eramus habituri). Et quia

pater erat ex Magistratu, eundem ad convivium invitavit et plerique ex eodem sicut, ex ordine Canonorum regularium Mense interfuerunt. Consobrini illius Proomans in honorem ipsius carmina curarunt imprimi, sed et ego chronographicum cum ipsi non dedissent illud non incongruum excogitari.

De petra Melle sub Vra Vlt eos Vlt Vlt

quibus enim corpus dominicum porrexit, eos quoque divinitate Christi et gratia saturavit quibusque sacrificium applicavit eos nihilominus meritorum Christi participes effecit laute imo lautissime Conventum tractavit precipue in saccaris et billariis quae ipsi vendunt.

Sequenti die mane obiit honesta mulier Gudula . . . mater confratris nostri S. Nicolai Imissonan, quae legavit 6 florenos annue pro vino in festo S. Nicolai conventui propinando ad vitam filii sui ut apparet, et quando cantavinus Missam et agendam habemus pitantiam.

22, D. Petrus Alvarez ultimus professor non nisi subdiaconus missus est Lovanium hospitatum per ordinationem S. Convisitatoris, et ut ipsi provideretur de vestibus.

Hollandorum Cum Hollandi hactenus diversis locis imprimis Haage conatus irritus. Comitibus varia consilia agitassent, et ad bellum gerendum strenue se comparassent, Princeps Auriacus cum Christiano Duce Brunsvicensi et Henrico Comite Passovio urbes Bredam et Bergam ad Tomam aliquot diebus clausas tenuit, ita ut nulli exitus aut aditus concederetur.

Interea Willemstadii octingentas naves militibus complevit sexaginta peditum, quadraginta duo equitum



signa, viginti quatuor tormenta, magnamque omnis generis annonæ ciborum et aquæ dulcis copiam collegit, et in naves spe felicis successus imposuit. Cum autem glacies eo tempore adstringi inciperet, et vehemens procella exorta esset, ita ut octo naves, quæ argentea et coquinaria principis suppellectile et aliquot militibus oneratae erant, frangerentur et fluctibus haurentur et hic conatus irritus fuit.

Audiamus nostrum Gerardum sub nomine alterius congratulantem Ser<sup>mæ</sup> Infanti: Jam novem plus minus anni sunt, quod Neptunus Batavorum hostis contra te viribus armabatur sub auspiciis Mauritii Comitis: aderant illi copiæ prævalidæ, classis instructissima, nec non et belli dux animus ac fiducia tanta capiende civitatis Antwerpensis ut diceret hanc expeditionem nullus elideret, nisi solus Deus. Verus vates fuit ille animus: nam Deus precibus suis et suorum victus descendit, ut pro te pugnaret et tumidum hostem debellaret. Et ecce ad diem 26 Octobris respexit vindex ille oculus e nubibus super castra illa Ægyptiorum; moxque (mirabile dictu) naves navibus allisi; rudentes scindi, carchesia, aplusia, remi distrahi; adeoque et ipsa prætorica navis, cui Mauritius cum fratre præcipuisque ducibus exercitus inerat ab arcano fundo vitium accepit, jamque dehiscere ac subsidere periculisque nisi nauticus ille populus de vita periclitantibus mature subvenisset. Aliæ porro naves malis amissis aut nudate gubernaculis ad Flandriæ latus eiectione velut ad asyllum, imo sinum suum confugerunt.

Addit historicus aliud quoque infortunium Hollandis

accidisse: nam cum Lanoius gubernatoris Ultrajectini frater duas naves fascibus lignorum onustas in Flandriæ oram, quam Hollandi hodie tenent, mittere constituisset, quas navarchus quidam Hollandus cum sua nave militum et duodecim tormentis comitari volebat, naves quædam Hispanicæ re per exploratores cognita, navem illam Hollandicam magna agilitate invaserunt, et obsis quibusque truncatis eam in potestatem suam redegerunt. Capta illa nave pari successu portum Mauritiæ occuparunt et sexaginta præsidiaris quos illic reppererunt, occisis, quæ illic erant direptis Gandavum reversi sunt.

Noster Laurentius Lurinus opera S. Joannis Prusbrochii Viridis Vallis Canonicorum regularium Prioris transtulit et Colonia in lucem edidit anno 1552 quibus ejusdem auctoris vitam præfixit et ipsum nuncupat virum sanctissimum quem et laudant alii illustres scriptores quorum auctoritate, aliisque rationibus motus Ill<sup>mus</sup> et R<sup>mus</sup>

S. Jacobus Boonen archiepiscopus Mechliniensis corpus servi Dei hoc anno 1622 octava Novembris presentibus Reverendis Dominis Maeyero præposito de Harlebeeck, Auberto Maireo ecclesie cathedralis B.V. Mariæ civitatis Antuerpiensis, Silvestro Verhaghen districtus civitatis Bruxellensis sive Christianitatis respective decanis, Dominis de Mol et Prulsol collegiate ecclesie divæ Godefridi Bruxellensis majoribus canonicis ad hoc a Capitulo deputatis, aliisque fide dignis personis. C. Terra extulit, ligneoque conditorio repositum digniore loco collocari jussit.

Anno eodem, die 14 mensis ejusdem Novembris Ser<sup>ma</sup>

Domina Isabella Clara Eugenia Hispaniarum Infans, etc. pia  
veneratione in servum Dei ducta ejus reliquias in monasterio  
Viridis Vallis visitavit, et aliud illi sepulchrum magnificentum man-  
davit suis sumptibus fieri et ornari.

Hinc mausolei celebratur honore sepulchri

Intima quem divum jussit amica stui.

Et juxta Ciliam Rousbrochianam ab ipsa principe jacta  
sunt fundamenta sacelli Lauretani. Lapidis autem fundamen-  
talis hæc erat inscriptio chronographica

Eternæ Deo

R. Martæ Virgini Lavetanæ

Elisabethæ Infans p. VII.

Quin etiam palatii olim a Philippo Clivio ibidem con-  
structi ruinas eadem Ser<sup>ma</sup> princeps viginti tribus florenarum  
millibus anno 1624 complete restauravit quod pater ejus  
Philippus II Hispaniarum rex ei in Belgium tendenti  
septem loca commendasset, inter quæ ipsa testante Vallis  
Viridis primatum obtinuit.

Vide necrologium ejusdem monasterii quod edidit  
Marcus Mastelinus canonicus regularis.

7 Octobris obiit DD. Balthazar de Zuniga Marchio  
Villæ majoris ab intimis regis catholici consiliarius atque in  
Legionensi regno commendatarius majoris Ordinis S. Jacobi,  
quem brevi temporis intervallo subsequuta est uxor ejus Ill<sup>ma</sup>  
Domina Cleerhout.

In Hispaniis hoc anno, 3 Augusti, etiam obiit Ill<sup>mus</sup> et  
Excel<sup>mus</sup> princeps DD. Hector Pignatelli, dux montis Leonis,  
unus ex præcipuis et magnis Hispaniæ ac regis catholici

ab intimis ac secretis qui habuit plenum cum praeteris Monachatum pro magno affectu quem gerebat ad Ordinem cujus personas in maximo semper habuit honore et nisi cum osculo manus recipiebat.

14. Novembris Mechliniæ immortales visurus morti concevit R. P. Robertus Gaillard e Societate Jesu Procurator Novitiatus Mechliniensis, qui ante ingressum dicti Ordinis fuit benefactor hujus domus, pro quo Missam et Agendam cantavimus et pater ejus advocatus Bruxellensis dedit putantiam Conventui, contraxit mortem ex visitatione exproborum in senotichio sicut alii plures inter quos et P. N. Sercants qui habet fratrem in nostro Ordine qui morbo tactus venit Bruxellam sed mortem non potuit effugere. Pater autem Robertus Gaillard hoc adhuc anno aliquot menses morbo decubuerat sed lætitia concepta vel potius meritis S. Ignatii quo die festum ejus primo festivo celebrabatur convalescerat.

In die sacratissimo Nativitatis Christi in sacello aulae primitias sacerdotii sui cantavit Ill<sup>mus</sup> et R<sup>mus</sup> D. Cardinalis Alphonsus de la Cueva legatus regis Hispaniæ cui assistit Ill. yo. Franciscus et Comitibus Guidis a Balneo Nuntius apostolicus.

In predictis festis natalitiis P. Prior petiit Conventus assensum ut mutuas pecunias acciperet a P. Emmeckovio Pære S. Lophiæ ut redderet S. Smity Causidico pecunias quas prædecessor ejus D. Gisbertus mutuas acceperat pro emendo molendino.

Sub finem hujus mensis decembris nempe die 24 Ill<sup>mus</sup> et R<sup>mus</sup> princeps ac D. D. Joannes Godefridus episcopus Banbergensis et Her-

lipolensis Franciæ orientalis dux inter 11 et 12 horam noctis cum lectus ante gravi morbo correptus fuisset, præter spem viris exemptus est, et tanquam magnus fautor Ordinis sequenti Capitulo recommendatus.

Hæc dabo Epitaphium S. Francisci de Sales qui nostro seculo vixit in Sabaudia velut alter Ambrosius et nostram Majorem Cartusiam nonnunquam visitavit, ejusque obitus fuit super annum denunciatus cum beneficio Missæ de Domina, sed in carta omissus qui miraculis declararet se precibus non indigere et potius diceremus (sicut quidam inspiravit) Sacerdos et virtutum opifex pastor bone in populo ora pro nobis Dominum, et quidam curio volens celebrare Missam præ ejus requie excitare percussus inchoare non potuit, donec de sancto istius duci facere deliberasset.

*A. Eternitati.*

Hic obdormit Ill<sup>mus</sup> et R<sup>mus</sup> D. S. Franciscus de Sales episcopus Gebennensis, natalibus verbis, operibus, scriptis toti orbi clarus, et charus: integer corpore et moribus, integer integras virtutes, easque semper easdem habuit, semper idem. Omnium amans et amor ipse, principum delicia, populi parens, episcoporum decus ac lumen, et vere Christi apostolus vita ut munere ex virtutibus, et in virtutibus plane compositus si plura vis scire, non hæc sed sua scripta consule et acta; imo et totum orbem, nunc totum orbem, sicut in vita se tegere atque sic protegere, ita post mortem se etiam tegeret, in hac edicula tegi voluit. Obdormiit in Domino Lugduni die 28 mensis Decembris anno 1622.

Hieronymus archiepiscopus Viennensis inquit letargo, putatur

abstrusus ab hoc mortalium diversorio, quod tanto viro indigni  
videremur, rerum fuit aetheri amoris ecstasis, cujus puris-  
simis facibus cum toto vite decursu incaluisse, tandem  
ingravescens in singula momenta ejusdem amoris incendium  
intima flagrantissimi hominis precordia funditus absumpsit.

\* Non possum neque debeo silentio praeterire quod sub  
Alias 2<sup>a</sup> ja finem hujus mensis Decembris nempe die 26<sup>a</sup> \* validum et cele-  
nuarii sequenti bre munimentum quod antehac ab Hollandis magno labore,  
ami forte stilo et sumptibus in Rheno exstructum, et in contemptum ac  
novo. ludibrium Romano-catholicarum Pfaffenmuthium appel-  
latum fuerat, postquam Ser<sup>mus</sup> princeps Palatinus Neoburgicus  
22 Julii ab utraque Rhemi parte illud arce obsidere et tormentis  
vehementer pulsare cepisset, ab Henrico Comite Bergensi occu-  
patum, et in eo magna annonae tormentorum et omnis generis  
apparatus bellici copia reperta fuit.

23 Decembris obiit S. Ludovicus Surrellas professor et Procurator  
et alias Prior domus Aulae Dei qui ultra 50 annos laudabiliter vixit  
in Ordine habens plenum Monachatum, et Missam de Spiritu  
Sancto in Hispaniis, alibi de Domina.

Ad probandum S. Smisman habuisse gratiam sanandi  
strumosos attexam epistolam V. P. Prioris Cartusae Gandensis et  
Visitatoris ad S. Richardum Vicarium nostrum. Causam scri-  
bendi ad vos mihi praebuit vir quidam ex pago Cruncinensi  
nobis proximo, qui per commendationem meam petivit sibi  
concedi accessum ad S. Nicolaum Smisman comprofessum  
vestrum qui dicitur esse septimus filius suorum parentum  
ac proinde habere gratiam curandi morbum quemdam aliter  
pene incurabilem, quo praedictus vir longo jam tempore laboravit,

et multis interim adhibitis medicamentis nihil profecit, ut mihi refertur. Placeat igitur Paternitati vestrae hanc ei caritatem prestare, ut ad S. Imsiam admittatur cujus attractu confidit se a Deo sanitatem consequi posse. Ex Cartusia Gandensi 17 Aprilis 1622. Sig. fr. jacobus Dionysius.

Et sequenti anno 1623, 14 Julii idem: V. P. Vicaria, confidens de bono affectu vestro erga me commendo vobis latorem presentium quem placebit dirigere ad S. Nicolaum Imsiam cum salutatione mea, desiderat enim filio suo obtinere sanitatem quam sperat se per factum S. Imsiam cum Dei gratia assecuturum.

Anno 1623

Initium hujus anni sumptuari sumus a sedula cura P. Priori nostri, cum enim Consilarii regis voluissent dare Hispanis aliquot *Nota. Exempte emeritis in domibus Ordinis pensionem annuam (pain d'Abbe sunt domus vocant) institit P. Prior ut domus nostra eximeretur. Nam nostrae de pain de facto jam dederant cuidam pensionem super domum d'Abbe ut Lovaniensem, sed cum Hispanus non esset contentus quia non vocant. libenter vesceretur piscibus, nec nostri quia nostra monasteria non sunt abbacie nec tam amplas redditus possident. Supplicatum est pro exemptione omnium domorum tam vitam virorum quam mulierum quod concessum fuit nomine regis ab Infante pro semper ut habetur in litteris sigillatis sigillo quae servate sunt et cum reliquis privilegiis dictis in cella P. Procuratoris eo quod instituto nostro non congrueret quod est solitudini et silentio vacare et ab hujusmodi turba remotis ageret, adderemus piscibus vesci et crebro jejunare.*

Item impetravit aliquot measuras salis pro domo Vallis Cluse in Burgundia et hoc tempore diligenter procurabat

negotia domorum Gallo-Belgarum nec non Moniales Gornay a supradicta pensione liberavit.

Domnus autem Gilbertus Vicarius Monialium Brugis quamvis domo non exiret per epistolas et amicos impetravit ab aula ducentos florenos.

Rem unam silentio non pretereundam iudicio, quæ contigit in initio hujus anni. Quidam cives sero ex aliquo convivio domum revertentes occurrerunt quibusdam aliis, a quibus leviter ausi inceperunt, verba habere et arma comperere tanto furore ut unum in loco ipso occiderent, alios graviter lacerarent, tanto inquam furore, ut unus ex eis qui factum perpetravit ad monasterium hoc confugiens ex commotione nimia humorum cæcus fieret ipsa nocte qua hic mansit sed sequenti die a chirurgo minutus visum recuperavit, et alio se contulit mandante P. Pior.

In Januario V. P. Pior una cum P. Emmechois Pior S. Lophæ se Antuerpiam contulerunt, ibique institerunt pro loco habendo ad extruendam domum Ordinis quod Buscoduce non invenirent locum satis amplum. Et primo quidem magistratus obtulit nostris Patribus domum novam dictam Cucke-Ahurs, quæ estimabatur valere 60 millibus florenorum, sed cum requireretur consensus opificum, lanifici obstiterunt quod resurgeret in eorum præjudicium, proximum enim locum conductum habebant a civitate ad suspendendos pennis ibique perticas et stipites erectos pro quibus transferendis nostri offerrebant quatuor millia florenorum, sed tamen quia locus erat admodum declivis et insalubris, atque infirmi milites qui ex obsidione Bergensi eo deducti fuerunt ad unum omnes mortui



dicuntur, ita ut nullus domum intrare auderet, suggestum est nobis ut alibi in civitate locum salubriorem sibi compararent, nam nostræ receptioni cives consentiebant, modo inde non gravarentur, et voluntarii tantum striberent, et Dominus Rams civis (qui habebant filium in Ordine) negotium in se suscepit, sed in primo fervore ac favore non perstitit, quin comminatus aliquando fuerit negotium nostris facessere.

Prima Februarii obiit D. Cornelius Joannis a Schoonhovia ultimus professor et alias Procurator domus Montis S. Gertrudis in Hollandia qui ultra 60 annos laudabiliter vixit in Ordine et ultra 40 annos in Vicariatu domus Monialium Brugis, quas optime gubernavit atque in fide Ecclesie et obedientia Ordinis his turbulentis temporibus conservavit, præter Monachatum et Missam de Somina per totum Ordinem, habuit in hac Provincia Missam de S. Anna.

Gregorium Papam XV admodum Ordini nostro benevolam experti sumus qui proprio motu privilegia aliorum Ordinum ad nostrum extendit diplomate dato tertia hujus mensis.

Gregorius Papa XV.

Ad perpetuam rei memoriam

Communicatio pri-  
vilegiorum.

Ad uberes et suaves fructus, quos dilecti filii Prior Generalis et monachi Ordinis Cartusienensis in militanti Ecclesia, cujus regimini divina disponente clementia præsidemus, in dies afferunt mentis nostræ aciem convertentes ac uberiores ex ipso Ordine fructus proventuros esse sperantes ad ea meritò libenter intendimus per quæ Ordo hujusmodi felicioribus in dies proficere valeat incrementis. Ut igitur Prior Generalis et monachi predicti eo ferventius in suo

laudabili instituto perseverent, quo majores se videant favores  
 et gratias munitos providere volentes, ac singulares Priors Gene-  
 ralis et monachorum praedictorum personas a quibusvis excom-  
 municationis, suspensionis, et interdicti, alisque ecclesiasticis  
 sententis, censuris et poenis a jure vel ab homine quavis occa-  
 sione vel causa latis si quibus quomodolibet inmoderate exis-  
 tunt ad effectum praesentiarum dumtaxat, consequendum,  
 harum serie absolventes et absolutas fore censentes. Motu pro-  
 prio et ex certa scientia nostra, deque Apostolicae prote-  
 statis plenitudine, Ordini praedicto, illiusque Priori Generali  
 et monachis, aliisque personis, ut omnibus et singulis pri-  
 vilegiis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis et indulgentiis tam  
 spiritualibus quam temporalibus quibusvis aliis tam mendic-  
 antium quam non mendicantium Ordinibus, illarumque  
 superioribus abbatibus, monachis, aliisque regularibus personis,  
 nec non ecclesiis, monasteriis et regularibus locis, etiam per  
 viam communicationis vel extensionis, aut alias quomodolibet  
 concessis et in futurum concedendis, et quibus ipsi nec non  
 ecclesiae, monasteria et regularia loca hujusmodi de jure,  
 usu, consuetudine, privilegio, aut concessione apostolica in  
 genere vel in specie, ac tam conjunctim quam divisim,  
 seu alias quomodolibet utuntur, fruuntur et gaudent, ac uti  
 frui et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum,  
 dummodo tamen sint in usu, et non sint revocata, aut sub  
 aliquibus revocationibus comprehensa, sacrisque canonibus et  
 Concilii Tridentini decretis aut constitutionibus apostolicis non  
 repugnent, pari modo non solum ad eorum instar, sed  
 pariformiter et aequè principaliter perinde ac si illis nominatim,